


1930

11

11



Sr. deluzo & Sra Antonia de la
Concepcion Rodriguez,

A Blodges

John Paul II

D V L C E
MISCELLANEA

DE VERSOS LATINOS Y CASTELLANOS,


Elegias, Emblemas, y Hieroglificos, diuinos y
humanos, a varios assuntos.

A Don Pedro de Zamora Hurtado, Consultor del S. Oficio,
Canonigo Doctoral de la Catedral de Malaga, Pronisor y Vicer-
ario general della y su Obispado, Visitador y Juez priua-
tivo por su Magestad, de sus Reales Hospitales.

Autor el Doctor Pedro Lopez, Medico Lusitano.

Año

1639.



R.-34.407

Con licencia en Malaga, por Juan Serrano de Vargas.

C E N S V R A.

DE Mandato D.D. Petri de Zamora Hurtado, huius M^a
litanæ Diceccesis Prouisoris, & Vicarij generalis, &c.
Vidi hoc opus, nec inueni quid Christianæ Religioni
aduersum, immo in diuorum deuotionem fidelium peccatus allicit,
& coruadem laudes sufficienter exprimit: Si quid humanū, vel
satyricum continet, id ad Poeticam disciplinam scholasticis utile,
& ad animi recreationem congruum, si vel atticæ nōctes, vel
hilares joci ad vsum fuerint instituti. Datum Malacæ, die 7. De-
cembbris, Anni 1636.

Barnabas de Lara.

L I C E N C I A.

Nos el Licenciado Don Pedro de Zamora Hurtado, Co-
legial del mayor y Real Colegio de la ciudad de Gra-
nada, Catedratico de Decreto de la Vniuersidad de-
lla, Consultor del Santo Oficio de la Inquisicion, Prouisor y Vi-
cario general de Malaga y su Obispado, por su Señoria Reueren-
dissima Don Fray Antonio Enriquez, mi señor, Obispo del di-
cho Obispado, del Consejo de su Magestad, y Predicador de su
Real Capilla, &c. Por la presente damos licencia, para que se
puedan imprimir estos tres Tomos, intitulados, Dulcis Misce-
llanea, compuestos por el Doctor Pedro Lopez Santiago, Au-
sensi, Medico de Malaga. Dado en la dicha ciudad, a 7. de Dic-
iembre de 1636. años.

Licenciado don Pedro de
Zamora Hurtado.

Pormandado del señor Prouisor.

Ioan Fernandez Pacheco, Notario.

A DON

A DON PEDRO DE ZAMORA HVRTADO,
Consultor del Santo Oficio de la Inquisicion, Cano-
nigo Doctoral de la Santa Iglesia Catedral de Mala-
ga, Pronisor y Vicario general della y su Obispado,
Visitador y Iuez priuatuo por su Magestad,
de sus Reales Hospitalles.



Iendome con forçoso empeño, de sacar en
publico esta Dulce Miscellanea, que
su difunto Autor dexò impressa, y con-
sagrada a V.m. en Una Oracion docta y
elegante (que con otros papeles curiosos
perrecio en el boraz fuego de la peste, cu-
yo contagio rigoroso, le despojò de vida
en solas doze horas;) me parecio conueniente y justo, continuar
y poner en execucion su intento, por dos razones. Una, preten-
der por este medio (mostrandome grato y afecto) desempeñar
alguna parte de lo copioso, que por tantas mercedes de V.m.
recibidas, deuo. Y otra, porque con su proteccion ampare esta
obra, de los que mas por costumbre que por entendimiento, cen-
suran. Guarde Dios a V.m. dilatados años, con los acrecenta-
mientos que su virtud y ciencia merece, y yo su mayor aficio-
nado desseo.

Ioan Serrano de Vargas
y Vruena.

Sonetos

Sonetos de Iean Serrano de Vargas y Vnuena, Impressor.

R inda leña abundante el	CALAMBUCO,
Que abrase a Chatillon hasta el	TESTUZ:
Vistan Luteros funbre,	CAPUZ,
Traguen bolas de plomo, no dc	TRVCO.
Qual Iudas los ahorquen del	SAHVCO,
Hieranlos, no con palos de	OROVZ;
Sino con fuerte encina de	ADAMUZ,
O con el grueso leño de algun	BUCO.
La paz les faite, sobriles	RENCILLA,
Sus corazones duros crien	CARCOMA;
Al polvo de su error falte	ESCOBILLA.
X elparça su licor, fragante	POMA,
Sobre el Laurel fiendoso de	CASTILLA,
Opuesto al Frances Raya de	SODOMA.
S Asilegos Caluinos, deita	VEZ,
He de contaros essa herege	FAZ,
Y sin temer fiança, ni aun de	HAZ,
Os deshare a moqueries vuestra	TEZ,
Hidalgo solariego, no de	PEZ,
Soy en mi tierra, conocido a	SAZ,
No quiero con Luteros tener	PAZ,
Que loys del Atchidiablo suzia	HEZ,
Si medrosos quereis hazermee	BVZ,
Segare vueltos cuellos con mi	HOZ,
Porque seguis al Zape infernal	MIZ,
Huyendo de la Iglesia y de su	LVZ,
Venid, venid hereges, que vn	CAHIZ,
(Y vn millon de faugas) de vna	COZ
(O con sola mi	VOZ)
Arrojare al infierno, donde	ZVMBA
El que en lobiegos concabos	RETVMBA.

Todas las Poesias de los Cetimenes perdió el Autor en la peste, y assí no se ha impreso, como se entendio; estas mias vā por Benar esta plana, y porq se premiaron por ajustadas a las leyes
TOMVS



TOMVS PRIMVS.

DE IIS, QVAE AD
humanarum rerum histo-
riam pertinent.

METAPHORA · AD INFÆLICEM
mortem Quintanensis Marchionisæ.

ARGUMENTVM.

PAstor, dama, elephas, tigris, formica, leoque
Hoc opus efficiunt, hoc tibi lector habe:
Hoc tibi non alijs: genus intolerabile vulgi
Innidet ingenua nobilitate viris:

A

Offen-

D V L C I S

Offensam incusat quod rectum & nobile donum;

Inque malum verit quod solet esse bonum.

Nulla mali species, non læsi iniuria sexus,

Personæ offensam non habet istud opus;

Siquid habet forsitan somnis, & nocte sepultum?

Crede, ferum certam somnia nulla fidem.



S O M N I V M P E R E G R I N I .

O Blestar rerum nouitas, studiorumque sciendi.
Excitat ingenuos (si noua causa) vitiosos.
Eigo ab ijs, haquens patruj vada cætula regni,
Ceracret vi cunctos mens peregrina situs.
Vidi Annam, Rætimq; yagum, Môdamq; tuuentem;
Cumq; Ebrio, Rhodanum, Danobioq; Tybrim;
Quas Durius vorat, & Minij bibit accolam montis.
Quas clarus Tormes, quas Tagus addit aquas,
Iude Italos fines, & claram Napolis vibem,
Germanique nouos, Vindelicique hians.
Europæ lœna populi, dextra Aficus Auster
Surgit, & in medio Cypre regna mai.
Hic requies, nemus arboicum, & florentia prata
Pictoris visum detinuere meum.
Sedi igitur frondes inter, menthamque salubrem,
Florentemque thymum, pulegiumque leue.

Hic

Hic suaves casiae flatus, & olentis anethi,
 Illic porpureis lilia mixta rosis:
 Europam versus currit dulcissimus amnis:
 Ad Lybiam claris Pontus inundat aquis.
 Dum sedeo vmbrosae salices, volucresque canori
 Fecerunt sonitus, & leue murmur aque:
 Lenta quies sensim clausis obrepit ocellis,
 Atque animi corpus destituere suum:
 Sed vaga sopitam conturbant somnia mentem:
 Ante oculos versant horruda monstra meos:
 Postratum quatuor circum sedere volucres,
 In quorum medio coruus & vnuus erat:
 Triste omen, semperque malignæ nuntius horæ:
 Sæpè malum pendens, exicumque vocans.
 Obstupui querens duri prognostica casus,
 Expectansque malum, solicitansque bonum?
 Haud procul innumeriq; greges, pecuduq; cæciuq;
 Quæ solus pastor, sed bonus ipse regit.
 Inter oves damam pastor regalis habebat,
 Quæ melior, quæ non pulchrior illa fuit:
 Pastorem ramen ista suum, pecudesque reliquit
 Ante oculos velox obuia facta meos:
 Forsan læsa nimis, vel duro pressa dolore
 Auxilium, & medicas ægra petebat aquas:
 Conueniunt pariter numero de ingente sequuntur
 Et tygris, atque elephas in sua iuta pares:
 Hanc illi circum turis noua pascua tendent,
 Quodque docent carpit dama sequuta nemus:
 Nunc se mergit aquis, auido nunc ore salubres
 Herbarum succos, antidotumque bibit.

D V L C I S

Nulla tamen prodest, nulla est medicina salubris;
Dama salutis sum semper anhelat opus.
Sæpè gemit, sæpè alta polo suspitia mittit,
Quò tandem forti concidit illa malo.
Ecce caua leo consurgens de rupe superbus;
Scilicet auditio murmure, promptus adest:
Et ponit rabiem, & damam veneratur, at illi
Confusi musant, duraque bella parant,
Infrendentque feri passim, tandemque recedunt;
Vicinum regio continet illa nemus;
Hic habitant mæsti, & grauido suspitia corde
Emissunt, geminat dama relictæ malum:
Indeque prospectant fines, casusque futuros;
Quid leo, quid moibus, quid crisiſ illa ferat.
Veiuū dama graui moiborum obſeffa labore
Mortua magnanimam concidit ante feram.
Ille ferox rugit, & campo discedit aperito,
Invaditque duas, quas fugat ante, feras,
Et tygridem ferit ipse ferum, mordetq; elephantū:
Hic tacet, atque fugit: sternuit ast elephas:
Inde ferum tentat rostro tuibate iconem,
Quique duos dentes vulnera bina dedit:
Et sanè leo mortali procumberet icu,
Huic ferat auxilium ni fera amica feret.
Nobilis occulto formica insurgit ab antro;
Proque suo pugnat rege, leone suo:
Mordet, & in geminam tenuis se se inserit aurem;
Et totidem plagas, quas tulit ille, dedit:
Hinc nasi sub fronde volat, natesque lacessit,
Et nasum, & nares vulnerat illa duas.

Inde

Inde feras ruisum binis se immisit ocellis;
 Partitumque elephas, ceu leo, vulnus habet,
 Maius habet, nulla securam in parte quietem
 Inuenit: inde fugit, mox redit ipse gemens:
 Stare loco aescit, pedibusque insultat, & alis:
 At formica volat, ni volet ipsa, perit.
 Fortior hac elephas magno pede tundet, iniquam
 Forsitan hanc vna ni bibat ille vice.
 Hoc bellum: vario dubia est victoria Mater:
 Seu tygris, aut elephas, siue leo superet:
 Seu formica agilis cæli supereminet altris:
 Seu victa illa cadant omnia, vel superent:
 Questio dura manet mea sit conclusio: semper
 Damna tulit bellum, pax tulit vna bonum.
 Vtterius quod maior adest prudentia, maior
 Gloria, suspectum stultus habebit onus.
 Formica est prudens, elephanti bellua prudens,
 Nec minor est tygridis fama, decusque feri:
 Non dubia est equidem fortis sapientia pardis:
 Nempe inter cunctas præsidet iste feras.
 Quisque sonat victor, palmam sibi quisque vicissim
 Occupat, & propriam iactat, aitque suam.
 Dicit, & excusis atet sopor et fugit alis,
 Cum veniunt oculis lumina clara meis.
 Haec vidi, ni cæca animos mea lumina fallant;
 Seu veri species, seu fuit ille sopor.



D V L I C I S



I N E V E N T U M S I M I L E M

metaphorica descriptio.

A R G U M E N T U M.

ILiceo pastor recubans sub tegmine Daphnis
Carmina pro domino concinit ista suo.
Et rursus tangit cytharam (fuit alter amic⁹)
Pro socio bos versus Daphnis amicus habet.
Nec tantum canit iste, mouet bellū: en iacet ingens.
Ante suos populus, ceu fera magna, pedes.
Ilicet hic mira sublimis præsidet arte,
Et domino palmam donat utriusque suam.

M E T A P H O R A:

FOrte sub arguta considerat ilice Daphnis,
Vicinumq; nemus, quò via ducit, erat.
Ecce viatores concordi sädere iuncti,
Vnaque quæ pauter fæmina iuncta venit:
Hanc ducunt illi, & dominam venerantur cuncti
Ambo patres animis, consilioque patres.
Hæc tamen (infælix omen, sidusque malignum)
Concidit ægrotans, & gemit, & moritur.

Occu-

Occurrit populus, varioque in iudice lis est;

Quisque suam causam, iudiciumque mouet;

Has inter littes, dubij inter præha Martis

Vna viatorum vox tacet, atque fugit:

Vnus proceræ subit alta cacumina querecuss;

Hic fera sub dubio prælia Marte videt:

Quo casus se veritat, agat quid bellua vulgi:

Quid faciat socius, dum silet ipse, suus.

Qualis adest spectans populus, cum fortis arena

In media taurus ludit, ouansque gemit.

Alter in aspectum campo stetit acer aperto

Sustentans pondus, iudiciumque minans:

Inquit enim, iustis sanè est hæc mortua causis:

Morbus habet culpam, non mea culpa, suus.

Hæc Daphnis vedit propriisque accessit, & inquit,

O fera gens populus, iudiciumque ferox.

Nullum hic crimine adest, non læsi iniuria vultus;

Hæc obiect morbi pressa labore gravis:

Hisce oculis ego met vidi, sensuque notaui:

Cede mihi, hac vilum non fuit arte scelus?

At minimum culpe si forsitan incidat, alter

Hostis adest, pœnas soluat uterque suas.

Hæc Daphnis: index populus respondet: ut inquis,

Non culpa villa, ideo non mea pœna subest:

At si forte leuis damni superesset imago:

Hic tacet, atque fugit: non ideo monitur,

Ille ferox saeo pugnat cum iudice, totam

Ipse ideo pœnam iudiciumque feret.

Daphnis ad hæc: potius magno est hic dignus honore:

Defendit causas ore loquente suas.

D V L C I S

Qui tacet ille, seclus iam consentire videtur;
Peccatumque monet, qui fugit ille, suum.
Ergo de supera queru descendat, & inde
Ipse suas pñas, iudiciumque ferat.
Ruisus ad hæc populus placido iam pectori iudex:
Sæpè loqui nocuum est, sæpè tacere iuuat.
Sæpè iuuat fugere, & belli vitare periculum:
Coatra omnes lybias non valet vnois homo:
Ergo pates animis, & certo fædere iuncti,
Non habet hic culpam, non habet ille suam.
Non ideo pæna vlla vritis, sed pñemnia, laudes,
Multus honor, multis gloria danda modis.

PEREGRINVS OBSCVRITATIS rationem proponit.

Scilicet aliquis Si satis hæc non sunt, maiora arcana supersunt:
iniuste laceſſit? Auxilium dubijs dant mea plectræ suis.
metaphoræ com Viuit adbuc peregrinus, adeſt qui carmina daphnijs
mentationem æ grè pertulit. Ob Præbeat:hos dubijs consule naso tuis.
ideget interpre Ni facias, non tuta manet tibi lectio, tutum
re: si quis optat, Non iter obscuro ſi via facta pede.
consular peregrī Ergo caue, & cautè secreta hæc perlege, namque
num. Non intelligere eſt negligere iſtud opus.

VTRIVS-

VTRIVSQUE META:
atque ~~com~~phoræ explicatio.

P R I M AE.

SVm peregrinus ego somni sub nocte sepultus,
Qui gratos animos iudiciumque peto.
Hinc elephas clara insignis virtute Diana,
Et tygris egregia præditus arte Baez.
Castillus, seu castellum, fortissimus instat,
Ceu fera terribilis, magnanimusque leo.
Formica est dominus Soto de stipite Petrus,
Damaq, Marchiona est, quæ gemit, & moritur.
Pastor ad innumeros se præbet Episcopus agros
Moribus insignis, iudicioque potens.
Vnus avis, at auisque potens, rara indole princeps,
Princeps, pastor, eques, clarus, amicus, agens.
Bella patent, durique patent discrimina casus:
Occultum siquid, fert peregrinus opem.



D V L C I S

SECVNDAE METAPHORÆ
explanatio, quæ & primam clarior
rem reddit.

Daphnis in Auissensi Lusorū solo na-
tus nunc degens Malacitano sub ili-
ce considerationis perpendit iter, &
euentum celebris Marchionis ducens bel-
lantem Bianam, non immemor Baiz socij,
quamuis a confictu recederet. Igitur vna-
nimis ambo, & concordi cōsilio Marchio-
nism ad balnea comitantur: hæc ex ani-
mis morborum vehementia concidit. Po-
pulus indignatur, & ritu ferè clamat, voca-
fetur, mordet, atque utrumq; & accusat,
& tentat punire. Baez in occultam quercū
quasi in obscuros silentij recessus aufugit,
vulgis scilicet indomitam vim & noscens,
& peritimescens. Biana cum eodem virili-
ter loctatur campo stans quo usque feram
debellarit. Accurrit Daphnis viæ propin-
quus, & omnis euēntus conscius, tanquam
testis oculatus utrumque inculpatum of-
tendit. Ruisum populus Bianam cum fera
dimi-

dimicantem arguit, Iterum Daphnis hunc laudis , & honoris dignum satis probat, atque consulto iure confirmat . Assentit iudex, ac tranquillo iam vultu, & beneuolo pectori ambos amplectitur, atque ita liberum , honoratumque Bianam remittit, nec improbat fugam , & taciturnitatem Baiz , imò securiorem statuit, ac tandem verumque a culpa immunem ostendens præmijs , & laudibus dignum ad cælum usque effert . Ut autem primæ metaphoræ serviamus scies lector beneuole post hos vulgi conflictus deterius bellum sequutum inter nostrum Bianam , & Granatensem Castillum iuuante affini Soto . Sed de his satis quæ amicorum precibus compulsi repente protuli, nec meditatiūs elabozauit . Propositorum opus statueram, cuius titulus erat: *Conciliator differentiarum*, ibi utriusq; & Soti & Bianæ multa probauerā , nulla manifestè reijciens, idq; comprehendendum soluta oratione, quamvis minus concinna, ac perpolitæ, quam frequens Castellana: sub in de Galeni , Aniscenæ , Pauli , Hippocratis,

D V L C I S

ac reliquorum Principum authoritatibus
confirmatum. Vidi tamen sic eorum ani-
mos concitatos, ita bellum cruentum, ut sa-
tiūs duxerim pedem retro mouere ne me-
dio agmine vulnus aliquod incautè accipe-
rem: quippe accidit in simili conflictu, &
ab amicis vulnerari, & ab hoste occidi. Ad-
de gentem nostram (Medicos voco) leui
de causa queri, ac pungi subtili licet acu-
leo, simplici docebo, narrabo, uno verbo
subijcam, aduertam, & similibus quæ ad
terum explanationem, & orationis cultum
non parum faciunt. Accedit me libri mei
excusso occupatum esse quare modò his
lector contentus abiad nocturnos iocos,
& frequentes amicorum facetias.

AD DOCTOREM BIANAM, CELE-
brem Physicum, ac Medicum, qui
in bello excelluit.
Fortiter aduerso pugnasti Marte Biana:
Exoptant validas bella cruenta manus.

Vicisti

Vicisti Herculeas, si fas est dicere, vires:
 Iste unum tantum vicit, at ipse duos.
 Maius erit, veniet tempus, bella ardua restant,
 Quique cadat rursum tertius hostis erit.

NE TAMEN OMNE CVM MEDICIS
 bellum de reliquo grege aliquid
 adijciamus.



AD EOS QVI SVIS CARMINIBVS
 hunc libellum exornarunt, ipsumque, & autho-
 rem laudibus substulerunt.

Innumeræ vobis grates debentur amici:
 Has ego: pro tanto munere gratus ero.
 Qui gratus partem doni, cordisque rependit:
 Hinc aliud, veniet tempus, & ipse dabo.
 Vester honos, laus vestra aderit: mihi munera restant:
 Ultima pars huius que dabit vna tomi
 Ultra haec, dona meo semper tua pectori viventes
 Semper gratus ego, semper amicus ero.



D V L C I S.

A D D. L V D O V I C V M
de Soto, & Aldrete, qui ad huius libri editionem
nostros animos excitauit, & sumptibus
vires addidit.

Viue diu felix Aldrete: hunc sume libellum:
Ecce tuus noster non erit iste liber.
Vera loquor; prius huic animo, viresque dedisti;
Nisi tu Aldrete fores, non liber iste foret.
Ergo quid? eternas dabit hic pro munere grates:
Non habet hic aliud pauper, inopsque pecus.

A D D. D. P E T R V M
Hurtado de Zamora, Prouisorem, &
huius libelli protecto-
rem, &c.

En tibi noster adest Prouisor amice libellus:
Ut videas pariter, prouideasque rogo.
Ut videas, censoris erunt tibi munera: prosunt
Lycurgi visus, perpetuusque labor.
Ast ut prouideas, adsint tua dona necesse est:
Vulgus amicitias utilitate probat.
Ut rursus bene prouideas aliud tibi restat:
Defendes, noceat ni manus villa, tuum.
Scilicet hunc liuor mordebit, & inuida rumper
Paxsio, ad ingenuos haec iugimica viros.

Ergo

Ergo vni terna incumbunt tibi munera rectot;

Mæcenas, censor, dux, tria dona simul.

Si benè terna feras munus complebis utrumque,

Noster Provisor, noster amicus etis.

IN MORTEM PHILIP.

Secundi Hispaniarum Regis.

Occidit ocidous Sol, & iubar orbis Iberi,

Grandior Oceani quem tremit vnda maris:

Occidit hic, nempe ortus erat: post nubila tristis

Nox venit, ad Solem, cœu leuis umbra, suum.

Stat cunctis certum, quamuis mutabile, fatum:

Et inquam nullis mors fugienda modis.

IN MORTEM SEBASTIANI I.

Lusitanorum Regis potentissimi.

Occubuit fortis florenti in vere Sebastianus,

Cœu demesa fero pollice poma cadunt.

Quò fera Parca ruis, quò tela cruenta minaris?

Dic mihi? regnantis quid tibi displicuit?

Non inculpati sanè rara indole mores,

Non fortes animi, non pretiosus honor.

Ergo quid? populi precibus, votisque petitus

Mortuus est lachrimis Rex, quibus ortus erat.

Hic nempe post
patris interitū
unicus natus est
a populo auidis-
simè desiderat,
lachrimisq; peti-
tus, quò tandem
præcipiti turbi-
ne animi iuuenie-
liter exultantis

PHI. Lybia occubuit.

D V L C I S



*PHILIPPO, DOMINICO, VICTORI;
Austriaco Hispaniarum Regi
potentissimo.*

Quatuor infantem decorant generosa Philippum
Nomina, sed meritis vix paria illa suis.
Ingenium dedit, & mentem natura Philippo;
Ingens Dominici gloria, honosque fuit.
De palma victor, reliqui nunc cedite Reges,
Hic vincit, reliquas Austria præbet opes.
Iure igitur tanto hęc Regi data nomina, tantum
Non potuit simplex nomen habere decus.

R O D E R I C O H I S P A N I A R V M
Principi fælicissimo.

Fælix Rodericus, fælicior omnibus unus:
Sunt quoque fælices qui tua fata vident.
Dat princeps, habet antiquas Hispania virtes,
Quas tulit eiusdem nominis alter avus:
Ille solo æquauit regnum, hic ad sidera tollit;
Ille dedit lachrimas, hic sine fine lyram:
Ille dedit fines, hic longi exordia regni:
Ergo ingens regni fama, decusque tui.

ILLVS-



*ILLVSTRISSIMO PINAE
omnibus ferè animi, & corporis do-
tibus insignito.*

Gloria, progenies, laus, mores, fama, poesis,
Consilium, pondus, mens, lyra, robur, honos:
Magna, grauis, florens, æqui, pulcherrima, dulcis,
Maturum, sapiens, grata, virile, nouus:
Laus Louis, est, moresque boni, louis inclita factis
Gloria, & egregium nobilitate decus.
Mars dedit arma, rosæ posuit Venus ore decorum,
Luna vias, cytharam Phæbus vtramque dedit:
Mercurius dedit eloquium, Saturnus honorem
Consilij, & tacito, si datur, ore loqui:
Omnia supremo fælici a sidere Pinnæ
Sunt data, nec meritis æqua fuere suis:

*Adieclua cum
substantiis è di-
recto cohærent
in duob⁹ primis
disthiscis, ita ve-
souer, Gloria
magna, proge-
nies grauis, &c*

AD PRÆSVLEM ILLVSTRISSIMVM
qui dicebatur LUPUS.

Ecce Lupus, pastorque vna iacuere sub umbra,
Nec ferit iste lupum, nec ferit ille pecus,
Credere quis poterit? duplex stat præsule virtus:
Ut bonus hic pastor, sic bonus ipse lupus.



D E V N L C O I S

I N E V N D E M Q V I P A R I T E R appellatur Siqueira & Pirera.

Dat fructus Pyrus alta suos, donum vtile, semper
Muneribus fruitur terra, manusque suis.]
Cur igitur Siqueira? aliud laudabile restat,
Nil superest, totum iam dedit ista Pyrus.

E I D E M S A C R O S A N C T A M Eucharistiam gerenti.

Ecce Lupusque, Agnusque vna iacuere sub umbra;
Nec ferit ille agnum, nec fugit iste lupum.
Et Pastor lupus est, agnus leo, vivere possunt
Seu pastore agnus, siue leone lupus.

C I V I T A S D I S C E D E N T E M exoptat plorans.

Quæ quondam augusto magnoru[m] in munere regum
Omen concinuit festuum, & præfulis ortu
Exultans sacros Vrbs læta exhausti honores,
Nunc tristes fletus, nunc lamentabile carmen
Infandis miscet lacrimis, nunc flagrat amore
Multæ gemens, ducitque has imo ex pectore voces:

O ca-

O capitis diadema mei clarissime Præsal!
 O decus, o nostræ præcelens gloria gentis!
 Quò vadis? quò te ventus, quò nubilus Auster.
 Eycit in nostro magni sunt littore fletus,
 Innumeræ in portu lachrimæ fugientis amici
 Munera paupertas gemit, & sublimis honorem
 Nobilitas, tota Ecclesia, tota Urbe Senatus
 Pastorem exoptat profugum, speratque futuram
 Temporis incertos casus, variumque laborem.
 Qualis humus, cum formosi lux aurea Solis
 Desinit, aut tristes pallenti sincope vultus
 Obscurā adquirunt speciem, perduntque nitorem.
 Hec ait, & totum nigranti vellere corpus
 Obtegit, infaustum dum mæsto carmine sortem
 Flet gemitans, & pastorem meditatur euntem.

IN ADVERSVM IVDICEM.

Absint serpentes diræ, sæuique icones,
 Absit in Hirano bellua torua sinu,
 Et duri Nomades, & iniquo Sarmata vultu,
 Horrentesque Scithæ, carniuo ique Getae.
 Sic Nero terribilis, Dionisque ira tyranni:
 Absint nam maius pendet in viba malum;
 Iste Sauromates, Scythici, Nomadesq; Getæque;
 Hic tygris, atque Nero est, hic lupus, atque leo.

D E V L C O I S

I N E V N D E M Q V I D I C I T U R

Aluaro Pessoa de Carualho.

Nomen avaritiae est, nam diceris Aluarus, altæ

Vel sis iustitiae, vel sis avarus opum.

Tu peccatis pariter putrida es, rodensque venenum;

Seu Pessoa lues, seu fera peccatis eris.

Quod Latinæ ro
bur, Lusi dicunt Nec non iniustum robur: fera passio foitem

Carualho. Ergo malum, virus, robur: tenet Aluarus ingens

Omnia, nec meritis æqua fuere suis.

I N E V N D E M V Æ V O B I S

qui iudicatis.

Sedibus infernis pœnæ, litesque parantur;

Illic iudicium est, supplitiumque dolens.

Quas Rhadamanthus habet leges, quas æacus atet,

Quas pœnas Minos, quas grauis orcus habet.

Adiungit iudicibus cunctæ labor omnis iniqui:

Qui nunc est iudex, tunc erit ipse reus.

I N E V N D E M EADEM CONVERSA

ne ira persitus sententiam proferret.

Cedat in augusto profusum Cæsare pectus:

Cedat Alejandro corque, genusque tuo!

Absit

Absit & in Carolo maiestas, Cæsare virtus:

Cedat Aristotelis, Democritique sophos.

Omne tulit iudex, tota est in iudice virtus:

Hic grauis, atque ingens, hic bonus, & sapiens.

AD SECUNDVM DE NOMINE.

Nomen Iustitiae est, nam diceris Aluarus, vnum:

Iustitiae indicium candida forma gerit:

Tu lampas, splendorque alto de sanguine, magnum

Seu Pessoa decus, seu dedit ipsa genus:

Nec non excellens robur, te paxio fortem

Blanda facit: mollis pectori forma nitet:

Ergo iustitia, atque decus, roburque cohaerent:

Aluarus haec, meritis nec satis illa suis,

PRO TERTIO HOC TERTIVM

Sedibus æthereis cathedrae, sedesque parantur:

Adsum pro meritis præmia summa tuis.

Quæ sunt letitiae, quæ magni gloria diui,

Quæ merces, splendor quas habet altus opes.

Omnia iudicibus, magna est in iudice virtus:

Qui bonus est iudex non erit ipse reus.

SCHOLASTICI CVIVSDAM PRO

Romanis aduersus Græcos.

Cedite Græcorum vires, & Græcia victrix:

Roma caput mundi, Roma triumphat jo.

Cedat

D V L C I S M

Cedat Achileum decus, ac Agamegonis armis;
Augusti est maius, Scipiadumque decus.
Si magna est vobis Ithaci prudentia, quintus
Est nobis Fabius Maximus, & melior:
Nec minor hec Pallas: stat pro Demosthene Græco
Tullius, & Græcum vincit in arte Mario.
Non artes igitur, non iactet Græcia bellum:
Pro Roma est Pallas, Mars fauet Italiam,

I N M O R T E M A E T H Y O P I O L A E,

cuiusdam moribus, ingenio, & pul-
chritudine insigni.

*Dicebatur, Cu-
pida.* Quæ fuit a Zona tractus oriunda calentis,
Et fuit in Lusis orta Cupida plagis,
Occidit, exequijs Nymphæ date lilia nostris;
Et volucres gratos, carmina vestra, sonos.
Hæc fuit ore Venus, cerebro fuit altera Pallas,
Hæc philomela canens, psitacus ore loquens;

I N V E H I T V R P O E T A S H I S P A N O S ,

vel ut ita dicam romancistas, & se
ipsum qui trouas fecerat.

*Hec scilicet in
certamine quo-
dam:* Has ego composui (si fas est dicere) trouas:
Vincere trouantes gloria maior erit.
Sed pudet, in genij nam sunt hæc plectra minoris:
Commoda ridiculis sit tua troua iocis:

Aut

Aut læta histronos imitetur fabula mores,
 Aut mimi varios offerat illa gradus:
 Nec decet hos inter numerati troua sodales,
 Quis grecæ, atque soror musa latina sonat:
 Si liceat, non laudis erit, non digna triumphi:
 Mercedem nullam, præmia nulla feret.
 Aut saltem (si forte ferat) sint usque minora:
 Debentur Latij munera cuncta lyris:
 Vel si non cuncta hæc, dentur maiora Latinis;
 Sia minus has trouas composuisse licet.

CVIDAM CVI MISI RECENTEM cascum, & salitos pisces.

Non fecere bonam pisces cum lacte farinam:
 Horrendas varices, & scabiem generant;
 Divide, laudandos gignent in corpore succos:
 Gens inimica nocet mista, ut amica iuuat.

CVIDAM SATYRICO PERVERSI animi, & mordacis linguae, turpi tamem, atque abiepto.

*Præcepto mediæ
cine hoc cōstat,
ac ideo Indi ma-
ritime regionis
incolæ hinc mor-
bo conficiantur.*

Qui satyræ pravo tentat malè dicere versu,
 Se priùs aspiciat, quam malè despiciat.
 Maleus incudem refugit, quam vulnerat idem,
 Et faciem lædit quæ manus, ipsa dolet.
 Semper agens motu patitur; patiensque resistit,
 Sæpèque vis maior ^T hæc fuit, illa minor.

Audie

D V L C I S

Audit qui loquitur: nam sèpè reciproca verba:
Sèpè malum peius, qui male dicit, habet.
Ille dabit satyras cui nullum crimen, & error:
Si minus hic taceat: sèpè tacere iuuat.
Ille dabit satyras, si detur forsitan ipse:
Verùm crimen homo (non Deus) omnis habet.

ALTERI SATYRICO SATYRAE
vitio deprehensus.

Dicebatur hic Non habet hic flores, spinas habet, attamen vna
flores. Haud nos, sed florem pungit iniqua suum.

AD INTERITVM STRENNISSIMI
ducis, qui simul & Latinus poeta, & a
ducum familia oriundus.

Mars hastā patribus, tibi Mars quoq; cōtulit hastā,
Carminaque & suaves dulcis Appollo sonos.
Hic dux, & vates, gemino sic munere dignus:
Vna manus ferrum ducet, & vna lyram.
Ergo Mars atauos, quia lauro es clarus & armis,
Mars, & Appollo tuam ploret uterque necem.

NOBILI, AC LIBERALI VIRO.

Plena tuis semper donis manus aurea, semper
Muneribus gaudent pauper, inopsque tuis
Nulla

Nulla dies ergo memori te substrahet æuo:
Nanque tua ignorat munera nulla dies.

F A E M I N A E C V N C T I S
animi, & corporis dotibus præditæ.

Præcellit summus cuncta inter Sidera Phæbus,
Et rosa de cunctis floribus una valet.
Mercurius valer cloquio, sunt Palladis aites,
Et formosa hilari vincit in ore Venus.
Donum quisque suum iactat, sua munera quisque;
Tu cunctis maior munera cuncta geris:
In te iuncta manent, quæ sunt diuisa per omnes,
Mercurius, Pallas, Sol, Rosa, Luna, Venus.
Sic pulchra, ut sapiens, forma laudabilis omnis:
Mentis opus raturum est, ingeniosa manus.
Æquale exuperat iuuenili in pectori corpus,
Et roseum grato defluit ore decus.
Quid pulchrum natura dedit, quid amabile, totum
Una tenes, cunctis ynica pulchra modis.
Nil ergo tetricis, supero nil grandius Orbe.
Huic cedunt Pallas, Sol, Rosa, Luna, Venus:
Cedunt, una Deas Beatis supreminet omnes,
Pulchra, leuis, sapiens, grata, decoræ, potens.



D V L C I S

F A E M E L A E Q V A E I V V E N E M
linguae gladio, & quinque vulneribus confo-
sum reliquerat, y le llamo, picaro,
embustero, seboso, ladron,
borracho, &c.

Quinque mihi spinas, seu quinq*u* incō modā ponis;
Veūm quæque tua est iam rosa facta manu.
Plebeius, fallax, sœvus, fur, ebr̄ius, omnes
Sunt quinque, inficto vulnere quisque rosa est;
Qui villis fueram, iam nunc mihi nobile donum;
In cunctis altum vox tua nomen habet.
Sum falax, fateor, si te nunc fallere possem,
Si rapere, & nunc fur ingeniosus ero.
Ebr̄ius insano ruit omnis sensus amore;
Si me seu vngis, tunc meus ardet amor.
Omne bonū tecū venit, & damnū omne recedit;
Nullum inconueniens quidquid amatut habet.

VEL SIC CLARIVS, AT SVPERAT
linguae latine efficacia, decor, sublimitas &c.

Cinco espinas me clavaste
Boluieronse cinco rosas
Y todas ellas hermosas
Si tu sola las tiraste.
Gran señor y canallero
Conrazo me llamo aora;

Pues de tu boca Señorá
Grā picaro fui primero;
Como fui el embustero
Me aueis Señora égañado;
Y de ay quedé auijado
Para el engaño postrero;
Tengo

Tengo el nombre de seboso, Con el vino de tu amor
 Porque por ti fui perdido. Borracha estoy sin sentido
 Awiendome derretido Y perdi como un Cupido,
 En tu Sol claro y hermoso. La vista fuerza y valor.
 Porque pondiera robarste, Todo el mal de vuestra mano
 Quisiera ser un ladrón, Se buelve bi émi Señora,
 Y sacar mi corazon Todo lo ha causado aora
 Con fuerza gázua y arte. El Niño ciego y profano.

CVIDAM QVI PROLIXE REM differens, & tēpus & hominem perdidérat.

Annus habet mēses, quatuor fert tempora measis,
 Ceu partes quatuor pars habet una dies.
 Horas una dies, & nox haber hora quadrantes,
 Et multas partes hora, diesque tenent.
 Annus abit, fugiunt mēses, pars septima cessat;
 Sic nox atque dies, sic breuis hora, quadrans.
 Tempora labuntur, tacitisque senescimus annis:
 Ambo simul currunt, mors cito, vita breuis.
 Vita breuis, mors certa, salus incerta recurrunt:
 Mors aduersa metu, vita labore nocet.
 Non obscura loquor, concessam nescimus horam?
 Nec quibus accedat mors inopina modis.
 Stultitia est diffidere bonum, mala sumere, vana est
 Spes hominum fines, quae penit ante suos.
 Spes vana est, & vana soli data gloria, celi
 Spes firma, & summi gloria vera Dei.
 Contingit cuius error, nulli attamen idem
 Continuus, nisi sit stultus, & insipiens.

D U L C I S

Clara magis loquor, errasti, iam perdimus annos,
Perdimus & vitæ commoda certa meæ.
Quod supererit profugis virtutem amplectere dānis;
Hæc rursus facta corrigere damnabonum.
Sic fælix, latus, diues, laudabilis, altus,
Sic cris & sapiens; sin minus insapiens.

C V I D A M Q V I N O N

gustabat latini carminis suavitatem,
imo parui cestimabat.

Si dulcem ignoras epulam, mea carmina, dulce.
Tange melos, dulcis sic erit ore sapor.
Qui nescit, claræ vires non æstimat attris,
Discito, ut ingenuum dicere possis opus:
Sin minus accipies grandis fera veibera ligni:
Stultus, & insapiens, vel malus æger eris.

V E L S I C.

Dulcia fastidis Nicolas, acida accipe, morbo
Sepe mali proflunt, ceu medicina, cibi,
Non Sacharum, non mella rudit degustat asclus:
Fufuris exuviias pascit, amatque sui.
Dulce meum carmen, si nonuis, accipe pultem
Fufuris, aut acidas accipe Stulte dapes.

CVIDAM QUI PERPETVO
iacantiae flatu tumecebat.

Quid iastas stultus, vel quid tua munera perdis,
Marcescit florens ore loquentis honor.
Addo quod in summo vera est sapientia verbo,
Debilis humano quæ solet esse solo.
Hoc unum scio nil me scire, hoc tu Petre nescis;
Ergo manes voto, nescius ipse meo,

DVOBVS ; QVORVM ALTER
bonus linguam habebat maledictam, alter
malus a cuius ore mella fluebant.

Improba (sæpe malum venit hoc) in corde benigno;
Atque malo residet lingua benigna sinu.
Nil mirum. variæ varijs sunt partibus artes,
Temperiemque vnam non habet unus homo.
Sic fecit spina rosas, spinas rosa: sæpe caducis
Sunt mala iuncta bonis, & bona iuncta malis.
Divide compositum, vel sit translatio linguae:
Sic bonus hic totus, sic malus alter erit,

DVOBVS QVORVM ALTER NIMIS
tardus, alter rapidus, & alacer erat.

Si Petrus ingentem furibundo in pectore morbum,
Si simul hunc lasso corpore Francus habet,

D E V L C I S

Nel dolent, manifesta patet medicina, furentia
Stat siquiam, lasso nobile calcar adest.
Vel noua matres veniet, ceu futilis vina
Vaus ab ambobus iultus ut adsit homo:
Surge homo cunctis medictis sine crimine rebus;
Nec leitore grauis, nec furia rapidus.

I N L A V D E S D E F V N C T I in signis Loppe.

Terra nouem musas peperit. Musa vnicā Loppe:
Orba fuit gnato cetera turba suo:
Vnicus iste nepos, magnai musa vnicā vatis;
Vnica, sed varijs ingeniosa modis.
At perijt (dolor hic ingens) ergo sonus omnis;
Omnē melos, omnis mortua musa tacet.

I N E I V S D E M E X E Q V I A S lamentum.

Marent Castalij fontis nemora omnia, marent
Patnasi celebres, Albuncique lacus.
Effundunt musæ lachrimas, suspiria Nymphæ,
Mætaque de gelido pectore plectra mouent.
Fata omnis plorat tellus, flet nubilus æther:
Marcesuat frondes, lilia, poma, rosæ.
Nec mirum, perijt decus ornæ, & gloria vatuum;
Omnis agit Loppe, Mæonidumque decus.
Sic moriunte cadunt pariter membra omnia corde,
Sic profugo mundi machina Sole perit.

STILLIO

STILLO AE NYGMATICO

nominis, & Poetæ præfani-

tiam celebrat.

Nō lupus, at Loppe est, lora, & moderamina cōstāt;

Et resonat vario littera multa pede.

Hinc Loppe, gratos præbet Vega aurea dores,

Et præbet dulcis suauia plectra chori.

Carpis aut versus, Nympharum munera, carpit;

Aut carpit satyris horrida bruta suis.

Siue pius cuncta exuperet modulamina carmen,

Seu pius in vates hic solet esse bonos.

Ergo suum decorant vatem tria nomina, simplex

Non valet immensum dicere nomen opus.

NON MINIMUM DECUS LOPPE,

non minimum Mezentij si Aeneæ

magni dextra concidat.

Laudes Loppe suas capiat, sua carmina Loppe;

Sublimi vates dignus honore fuit:

At maiora meo ferret de carmine, copias

Si non has, versus sed daret ille meos.

Ut superat Cælum terras, utque æthera Phæbus;

Hispanos tantum muta latina sonos.



DIVVILICYST

IDINOTAEICVOIDAM,
qui librum a me compositum
minime credidit.

HUic titulus est Si mea non sunt hæc, tua sint, compone libellum;
Flosculus medici Et credam, credes si minus ipse meo,
ne, super a nobis Qui nescit nescire omnes putat, hæc mea scito,
in luc*e* editus. Sic liber iste meus, sic tuus alter erit.

EVNDEM PROVOCAT AD
lectionem alterius libri a nobis
antiquitus editi.

Hæc mea si non sunt, Sophiæ lege carmina nostræ;
Huic titulus est Plus hæc mira seges, difficilisque labor. NON
Poesis Philoso - Fac igitur facias, vel non mireris amice:
phica, opus sanè Sin minus hæc faciam, pluraque quotidie.
per difficile, quo Sic ego mirus ero, sic tu miraberis omnis:
varijs logicae ple- Sic intenta novi simplicis ora patent,
xus atque medi- Leibniz.
cine, & Sophia inaccessa arcanæ
elephant carmine exponuntur. EIDEM QVOD PRIOREM

librum nuper editum acetatum appellauerit.

Accipe acetatum, si quæris dulcia, Bromæ:
Si gustare bonos, accipe Bromæ, cibos.

En tibi quæ succo præstat lactuca salubri,

Origanumque potens, puliegiumque leue,

Et quæ dicta olim sano de corde corago,

Et bona de succo quæ fuit herba suo.

Accipe, si non quis, adhuc tibi rusticæ Bromæ

Hordeum primæ,

Allia, vel brutis hordea prima suis.

hoc est nascentia,

Non bene conuenient rufibus mella aurea asellis,

vulgo, alcazer,

Non dulcem gustat rusticæ turba cibum.

AD EVNDEM QVI DVOB' PRAECE-

dētibus inuidiæ simulacris sibi metipſi cōtradixit.

Dixisti librum me non fecisse, quid ergo

Dicis acetatum? cur tua dicta negas?

Tam citò acetatum fuerat qui flosculus, & qui

Tam bonus ille fuit, nunc malus esse potest.

Errat ut a ventis discordibus acta phasclus,

Diuidiūm te agitato inuidiā corda suēm.

Vno ex ore simul veniunt contraria, tecum

Iam pugnas, Bromæ nescio propositum.

At scio: more canum rodis, non attramen haustas:

Os durum est, rodēs, frangere non poteris.

Qui scilicet prius

propter libri ex-

cellentiam nostrū

negare tentauit.

Postea rectius re-

ritate inutile fu-

turum dixit.

HIS BROMA LACESSITVS SEQVN-

titia cōtra nos scripsit, quæ fideliter trāslata sūe: igit̄ inquit

Cur igitur famæ medicorum facta veneni

Non intelligo hāc

Rodere sic audes carmine digna senex?

Grammaticam.

Cur miser immito fulgorem veiteic linguae

Sub Græcæ optasti, vindices hocque malum.

Tosū non intelligo

D E K A L C I S

Ipsa Minerua ferox dum magnis concava cali
Consumunt radijs corrunt ipse miser.

Portius Bromalis Dum mihi nunc dicit at gaudens mea disticha musa;
musa. Dumque furor iunctus sit tibi parua quies.

Te ipsum noscet rudos flores; iterumque reuisas,
Quos damnat laesos nunc medicina proba.

Nescio ubi inueni Quid nuper in luce cognoscet edere librum,
rit breue primâ huius Quid Nerei flores, lethiferæ que thoræ.

i⁹ aduerbi⁹ nuper. Qua merito propter istis nigra vorare libellum
Melius dices, Debet, & fumum mittere ventre sub.

& ut fumum.

¶ Hæc ille nostrorū medio interposita quasi in tra-
gedijs, quod eum vulgo dicunt.

A T N O S A D H E C S I C.

Nescimus autorem, quæ sit manifesta pluresis:

Ferunt hos alieno Hæc patet, inuidiae cognita signa patent.
auxilio compulsi Non audet Bromus, non licet, iudicat, oncat, a micum
se, sed debile auxi Querit, ut hos verlus, ceu Bromus alter, agat.
lium. Et sane Bromus, nam grossa oratio, carmen

Insipidum, sensus nulla figura boni.

Scilicet qualia Ergo, si Bromus fecit, bona carmina, si non
Brome solent com Sunt mala, qui fecit, dicat, & accipiet.

ponere. Accipiet sincera boni documenta magistri,
Et linguæ, & sceleris verbæ dura lui.

¶ Hæc nos repente in media platea qua illa idiotæ
campana nobis fuerunt oblata, & septem diebus co-
cognata, sed nos ibidem sequentia quæ exponent
igno-

ignominiam detestandi carminis, & satisfaciunt
autorum obicitis.

Tardus tardasti, tardus tudit, oncat asellus;

Tardasti tardus transcat hoc Bromule.

Vt tardus non grata feres, ingrata dedisti;

Veras, non versus qui dare Broma potes:

Errasti, nuper brevis est prior, aspice tardus,

Non laedas musam: transcat hoc etiam.

Non tamen inumeras fugient tua carmina pexas,

Quæ meruit, magnum, suscipe Broma, scelus.

Tu Nerey peruerla lues, tibi lethifer arcus,

Tu fera mortali vulnere Parca noceas:

Tu matalanos, tu vitæ pestifer hostis.

Tu rufis, & grosso flaccida Broma sinu.

Deterius restat: miserum febris inuidia pectus.

Torquet, & hinc caluus, turpis, avarus, inops,

Indeque lethicas iam nunc Broma incolit vadas:

Iuvidia est barathri, dæmonis & vitium.

Hæc, & plura silens mitto: nunc munera dicam,

Quæ liber iste meus, Holcolus iste tulit.

Vitæ hominum prodeit liber hic, flos iste salubris;

Ceu violæ, aut pulchris lilia mixta iosis.

Nec, velut in rufibus crudeli a pollice campis,

Macidus emoritur, deciduusque fluit:

Viuit, & æternos florens durabit in annos:

Non dens erodens, non ferus vnguis obest.

Non hunc tempus edax, non hunc catiosa vetustas

Ablumer, virtus integra semper crit.

81 D V L C I S

Mainus habet, libros vallis supereminet omnes,
Cedunt Græci, Arabes, Ausonijque patres,
Turba modernorum cedit, seu Gallia florens,
Se curu de progenerans Hispala terra pecus.
Hic ornat Græcam pariter, lingua mque Latinam:
Hæc correcta, suo non fuit illa typo.
Aspice origineum, vivit mea littera, certum
Inuenies quidquid littera Græca tulit.
Nil nisi concinnum, nil non laudabile restat;
Proficuus varijs est liber iste modis.
Catera quis nescit: sislat musa aurea cantum:
Marcellus sibiens ore loquentis honor.
Quod superest, nulli redolent mea carmina crimē:
Siquid, aceratum quod Bruma præbet, habent.
Non canis, aut indeos caries tua facia momordi:
Effeci linguæ dura flagella tuæ.
Qui iudit canis est: igitur silcarque, legatque:
Sin linguæ accipiet veibea facta suæ.
Lufus adeit Malacæ suribundo Matte Iacobus:
Hic hostes superat, punit, & interemit.

VENIA ANTE DE FENDENDAS
conclusiones prælente E. piscopo.

Si liceat nostræ fulgor clarissimus Urbis
Excellens Præfus, veniam si maximus inter
Rectores tribuat rector: si dona rependas
Maxime doctorum præses, quo sojpite nullos
Horren-

*Horrentis belli casus, aut fata recuso.
Vos quoque (si tantum fas est depositare nomen)
Primatum veneranda cohors, florensque senatus.
Este animo, veniamque meis superaddite verbis.*

Epigramma Patrono dicans theorematum.

*Donarem quas Pontus habet, quas Persia vestes;
Et quas lento Arabs, quas habet Indus opes:
Non habeo, verum superest regina voluntas:
Muneribus pretium quae dedit, ista dabir.
Paruula de læto dabir hæc theorematum cordic,
Parua licet manibus redditia magoa tuis.
Non alias flores medicinæ patitur atuum,
Non alias noster continet hortus opes.*

C O M M E N D A T P A T R O N I
excellentiā, & præsens implorat auxilium.

*Cedat Alexandri, & celebris domus aurea Cyri,
Vel quidquid toto maius in orbe potest.
Discedant omnis pariter sapientia, & artes.
Discedatque Plato, cedat Aristoteles.
Maius adest, superat maior spatha omnia Petrus:
Cuncta manent celebri posteriora manu:
Ergo age in angusto sunt hæc theorematum casu:
Auxiliij veniat lumen, & umbra tui:
Grandior accedit grandi de lumine virtus:
Arbore de grandi grandior umbra venit.*

PRAESIDI LAVREAM DATVRO.

Dicebatur Zamora, philosophus, astrologus, geographus, medicus.

O Zamora tuis olim bene condita muris
 Pænorum sub Marte prius sed postea Christo
 Reddita: nunc claris sophiæ decorata triumphis,
 Nunc astris cælū superans, nunc floribus orbem.
 Accedit medicina atræ fera vulnera mortis
 Vitali rumpens gladio: tu maximus autor,
 Tu princeps Zamora omni celeberrimus arte.
 Ergo veni, si pulchra manu mibi laurea grandi
 Concessa, atque ingens superati fama laboris.

PRAEFATIO AD MEDICVM,
vel simile examen.

Quæstio quam placuit medijs agitare theatris,
 Maxime doctorum præses, quo sospite nullas
 Belli acies, non arma ferum minitantia vulnus.
 Horreo, Palladea munitum est Aegide pectus!
 Non mihi difficiles vñquam te præside nodi,
 Non plexus varij, non argumenta nocebunt,
 Nec delirantis confusum ænigma Sophistæ:
 Te duce tutus ero: nil inquam obstabit iniquum,
 Nec mirum, te nanque omnis sapientia solo,
 Ceu nitido lux Sole micat: tu gloria gentis

Hesperidæ, & medici decus admirabile cætus.
Te variæ præstant dotes, te cernimus uno
Quæ plures diuisa ferunt: te mira profundè
Lucet Aristotelis mens, & suprema parentis.
Hippocratis maiestas: te sublime Galeni
Ingenium, longique nitent encommia textus:
Nec desunt quos primi Arabum tribuere decores:
Sic alter præstas Salamon, sic alter Adamus.
Non igitur me tormentum, non vulnera lædent,
Non dura obstabit rabies: tu scuta ministras,
Telaque in aduersum torques resonantia pectus.
Sic Logicæ anfractus cæcos, labyrinthaque soluis
Ardua, sic Sophiae tenebrosa arcana tyroni,
Sic medico manifesta patent: te interprete nullis
Pugna modis, clarus dubijs dare commoda rebus
Iura potes, tu ferre animos, tu iungere dextras.
Autorum, & lætam concordi fædere pacem.
Ergo tutus ero, nec quæ diuersa minantur
Offendent me tela: ingens sic Roma per ambos
Scipiades tuta arma gerit: sic Gallia magno
Se præbet Carolo, & felix Hispania Lusi
Gaudet inaccesso Viriatu libera telo.
Vos quoq[ue] doctorū celebres, quibus omnis Athenas
Cedit, & in varijs, si qua est academia, terris.

Este

Este animis; date nunc vires, date munera longo
 De campo medicinae hilaris: vos este magistri
 Doctrina insignes: tantis virtutibus isti
 Ornamenta ferent actus, laetumque decorum.
 Adsit & excellens pulchra virtute Senatas,
 Qui decus, & longam possit bello addere famam.

Ergo quæ nobis controuertenda recurrit
 Quæstio tres seruat diuerso tranite partes.
 Prima recusandos textus, & inutile membrum
 Reijcit: hinc leges claudit, statuitque secunda,
 Quid sit conueniens, quid recta mente probatum.
 Tertia respondet varijs, quæ docta vetustas
 Argumentorum rationibus attullit, istisque
 Omnis habet tandem hic fines actusque, laborque,
 Qui laetas utinam stellis fælicibus auras
 Inueniat, superis ingens ut gloria diuis:
 Ut pater, & sapiens, & grandis spiritus omnem
 Praesumant: ut virgo suam clarissima laudem
 Comparet, intactam primo quam semine tellus
 Posthabito genuit scelere, & moderamina iuxxit.
 Hinc proceres cæli, & diuum infinita sequatur
 Congeries, fama celebres duo lumina mundi,
 Seu duo qui simili Ioannes virtute cohærent:

Sic Paulo Petrus: sic nostro Marte Iacobus:

Sic Lusitani decus admirabile regni

Sol inter diuos, vel Lusum Antonius astrum.

Sed nunc ad primam fas est accedere partem, &c.

A D R E C T O R E M M E D I A

lectione accedente m.

Hos super adueniens Rector clarissime cætus;

Cui cedunt omnis s̄thematā cunctā plagā:

Tu pater, & custos & qui cum præside iuris:

Sic dabis auxilium, nam tua causa, tuum.

Sic dabis, ut spero, & mira nos arte iuuabis:

Nam vis, atque potes: sic bene cuncta facis.

Ergo quò primū digressa oratio nostra est,

Ipsa reuertatur, nam quæ repetita molestant,

Et fastiditos reddunt semel addita sensus.



D V L C I S

O P V S O F F E R E N D V M P H I L I P P O
tertio Hispaniarum Regi, & secundo Lusitanie,
sed quia per iter alienum viam duxit
irritus iste labor.

A R G V M E N T V M .

C Ontextum nemus erat frondiu, plâ-
tariumque varietate, prominebant
in decorem odorati flores, & viren-
tes herbæ: arbores lato ambitu fugabant
Solis æstum: omnia reddebat catenatum
labyrinthum in quem forinsecus non pate-
bat aditus: per interwalla rami vomebant
fontes: alibi perpetuo cantu passerculi mul-
cebant aera: ad ostiū fons nativus limpha-
rum multitudine reddebat amænum col-
lem: ad nemus latitabant musæ nouem,
terra mater, Apollo, Orpheus, Arion. Tres
Lusus terrarum dominus, cui turgida parent
Aequora, cui venti cedunt, cui nubilus aether,
Atque enses, & tela hostile minantia bellum.
Quinque crucis alto figunt incorpore contra
Nigrum hostem: saxis robustum quinque Goliam
Postrauit fortis David, manda que quinque
Christi ad iuber Ecclesis seruanda fidi.
Gaudia quinque parens Virgo consideraque labores
Virgo tulit, magna ingentis mysteria Cali:
Ardenti quinque in Libia periere Sodales
Adiutus, Petrus, Berardus, Acursius, Otho,
Francisci munus diu, quod possidet ingens
Cesaris urbs, seruatque alti monumenta doloris.

Fert Sextus quoque magna potens arcana libellas.
Sex ossa in crano, totidem defenditur armis
Excellens cerebrum, clypei qua more coherent.
Sex etiam etates mundi numerantur, & una
Sexta que perpetuos felix qua durat in annos:
Felix in Calo, & tenebrosos tristis ad orbes.
Sex hominis quoque sunt, & eas si iuncta senili
Decrepita est, puerisque infans coniunctus amico.

Sexto

Sexto totius confecta est machina mundi,
Et morbis fuit ista dies infesta, tyrannum
Antiqui dicunt medici: caelitis imago
Iupiter in cunctis plus est laudanda plantis:
Hoc autem sexto succedit in ordine Sidus.
Non naturales sex res medicina vocavit,
Qua tristes morbos pariter, lacramque salutem
Ferre solent: prior aura leuis, motusque secundo
Cum requie, terno vigiles in lumine somni,
In quarto vacuis nutrita repletso succis
Constat, quinto animi quacunque est passio nostri;
Et tandem varijs qua mixta est potio chilis.
Qua longè cuncta in facile tractata poes
Aspicies, antiqua mei monumenta laboris.
Ex sexto dupl'ici celebris dosena resultat.
Est sextus maior quem prabet tesera punctus.
In sexto sancta passus fuit arbore Christus
Per sex ille dies patiens, tandemque benignam
Sexta hora misit fusō curvo sanguine viam.

Septimus in toto numerus qui praeualeat orbe
Consequitur, florens sapientes Gracia septem,
Septuaginta dedit Nosor, qui interprete ura
Divinis normam scriptis lucemque tulerunt,
Septem urbes certant de stirpe insignis Homeri.

D V L C I S

Sunt totidem partu infantes, quos attulit uno
 Lara potens: omnis septem miracula mundi:
 Septem habet hydra uno surgere qua pectore formas:
 Septem se longis accollunt montibus aera
 Litteris antiqui, & lapsi vestigia ponti.
 Septima robustum perimunt ieiunia corpus,
 Et totidem peccata animas mortalia: septem
 Hec contra pugnant virtutes: cognita mundo
 Sunt climata antiqui generis: sic reptile septem
 Lucibus oua parit: septeno in lumine factus
 Vixit, & ad mensem dentes adquirit eandem,
 Septenoque usum rationis comparat anno.
 Septem sunt oculi tunicæ medicinaque septem
 Res naturales memorat: sunt prima figuris,
 Et formis elementa suis, dehinc ordine sumptu
 Ista sequens vagus humor adest, istumque sequitur
 Temperies, post hanc membrum, tunc spiritus, inde
 Insequitur virtus, alijs quæ dicta faulcas,
 Acque animi tandem quæunque est passio nostri.
 Inuenit septem diverso ex ordine formas
 Primus Aristoteles: prior expers corporis alto
 Vixit, & una solo carni permixta suprema,
 Sive homini: sequitur species turpisima bruti,
 Et quæ non sentit, sed solo munere vixit

Aletri-

Alterius genus hinc triplex sine viribus ullis
 Latæ anime: duo pura micant, et elut inclita Cali
 Materies, et fixa suos elementa per orbes:
 Est aliud tandem rude crasso in corpore mixtum
 Aera, lapis, lignum: septem stant fusa per arcus
 Nervorum paria, et trepidi septem ostia Nili
 In mare prorumpunt: septem sunt aera, metallum
 Communi dicunt verbo: septem artibus artes,
 Exercet quas liber homo, septem vindique morus;
 Quos idem monet, ante, retro, sursum, atque deorsum,
 Læua unus, dextrisq; alius, circu; et lumen, omnes
 Seruat idem varijs exercens mobile cursus.
 Septem iura ferunt rono de principe libros;
 Hos partes dicunt, Alphonsi nobile Regis
 Imperium vulgi duras moderatur habendas.
 Per septimanas decurrunt omnia morbi
 Tempora, per cotidem pariter solvantur, in orbè
 Mira dies, cunctis mira est lux septima rebus,
 Mira quidem, qua confecto requieuit ab axe
 Omnipotens, septemque dedit quæ sidera cursu
 Lustrarent longa extremas per secula terras.
 Diluvio in magno septem seruanda Noemus
 De genere elegit puro; septem unicus annos
 Seruus adest saceri Iacob per rura Labant:

Hos

D V L C I S

Hos Rachel formosa dedit, Lia maxima septem.
Scinditur in septem diuino interprete partes
Appocalipsis: rudibus noua pascua campis
Gustat auens Nosor septeno Sole Nabucus.
Septem Virgo parens habuit noua gaudia, dulcis
Hac gnatus dedit: una preces oratio septem
Continet, haec noster pater est: psalteria septem
Alium opus egregij supremo carmine regis
Compositum Cali superum spirantibus auris.
Hic septem docuit, septem insinuavit honores:
Ingens Prophetæ donum, benedictio, laudes,
Consiliumque potens, contritaque pectora, tandem
Peccati gemitus, & summa oratio mentis.
Summa tabernacli pendebat ad ostia quondam
Auratum limen, candelabrumque coruscans
Quod septem varia ramos in parte gerebat,
Josephus pingues vidit per somnia vaccas,
Et vidit macras, hæ septem, illæ quoque septem,
Sive famem, septem seu pinguis regna per annos.
Expirans dominus septem grato ore loquutus
Verba fuit: septem præbet tibi munera gaudens
Spiritus, & totidem Regina Ecclesia vires
Sacramenta inquam gemina spes una salutis:
Bis septem docet articulos, septemque priores,

Qui

Qui pandunt claros diui omnipotencis honores,
 Secretosque sinus; & septem posteriores,
 Qui praelata Dei referunt mysteria viui.
 Bis pietas septena monet, prius unde resurgit
 Septenum pietatis opus: pars altera corpus
 Grata fons, pars clara animas regit altera, binæ
 Certū iter, & celi ad superos via cōmoda tractus.

Accedit pariter donis octauus amicis.
 Octauo moritur fatus sub mense, coruscat
 Sidus, & octauo apparet via lactea calo.
 Octauo in numero binos Hispania numos
 Aeris, & argenti memorat facta unica dragmas
 Fert octo: totidem medio libra obtinet ere.
 Octauo Domini celebratur in ordine Pascha,
 Scilicet hoc recipit sacrata Charistia tempus;
 Hoc teneri celebris prisco de more puelli
 Casio, quam fuit & passus calestis IESVS.
 Sunt octo celi portæ: patet unica maior
 Pauperibus, sua stat lachrimis, sua mittibus, inde
 Sunt reliqui vario Christi sub milite portus.

Postea dat gratos nonus sublimis honores.
 Inde nouem surgunt dulces mea munera Musæ,

D V L C I S

Atque nouem fama celebres: nono integer infans
Matrice erumpit fetus, maturaq; fructus,
Dona cadunt mense in nono, cum scilicet anni
Florentis dat prima bifrons exordia Ianus.
In ludo currente nouem carthaque manusque
Concurrunt, cotidemq; choros habet Angelus omnis,
Atque nouem de more dies quos aurea Virgo
Constat, & deuota hodie sibi pectora seruant.

Tunc decimi sequitur numeri generosa propago:
Sunt orbes alto orbe decem, si lumina demas
Empyrei, & cotidem praclaro Roma Senatus
Iunxit prisca viros, cotidemq; ad pralia forces
Sunt decures: extant ludo concinna frequenti
Ligna decem, centumq; decem quoq; continet, istud
Mille decem: reliquo numerus sic ordine constat.
Sic partes, divisiq; decem mandatae supremi,
Et cotidem, tulit antiquitas quas docta, Sibylla
Insignes animo, & summi data nuntia regis,
Quas canit egregij præcellens Musa Maronis.

Hinc numer' venie undecim' pulcherrima virtus,
Virginibus celebris numerus: tulit Anglia mille,
Atque decem vastum tranvant que millia pontum.
Undecim' & egregios equites videre Britanni,
Atque

Aequa saum Lusa effusam per tela cruorem.

Vndecimo parcum medies videre priores.

Vitalem videre, dies hac ultima quarti,

Ac decimi sua signa dedit: namq; indicat omnia.

Euentum morbi celeris, finemque futurum.

Succedit tandem duodenus, & ultimus, alia

Verum nobilior genitura, & dotibus ingens.

Per duodena regie totum Sol aureus orbem

Signa poli, totidemque omnes cum mensibus anni;

Ec supero surgunt celebres sub cardine motus.

Minotaurus habet callas, & qualibet aedes

Fert totidem, quavis totidem circundata gyris,

Omnis confuso latebrosis plexibus' anero.

Hunc fecere pares numerū, quos Gallia fortis,

Ec Rhodani genuere lacus, istumque frequentes

Muneribus tenuisse locos sedemq; priorem

Vidimus, & noster numeros liber aitulit istos.

Fert cotidem rerum dominos Roma & nica reges:

Sex quoq; virgineam decorant noua sidera fronte,

Sex retro miram componunt astra coronam.

Sunt bina, atque decem: numero se iactat eodem

In varios terrae, qui missas Apostolus orbes.

Hunc vidit Ioannes numerum, seu millia signis,

D V L C I S

Quaque notis distincta suis: Hebraia quondam
Est etiam duodena tribus, duodenaper aquor,
Lata patet via, sed regi perclusa superbo.
Hos cophinos superesse ferunt, conuiuia Christus
Obtulit, atque levit saturauit millia pane:
Christus terrarum dominus, calique micantis;
Qui nostris decus in numeris, legemque reponat,
Et tandem cali in superos iter afferat orbes.

I V D I C I U M C E L E B R I S

Cometæ oborti anno Domini

1616.

Hoc Signum: postrema ingens mouet Africa bellū:
Marmaricum rubeis flumen inundat aquis.
Rex grandis tenet imperium, summoq; coruscans.
Effundit placidum longa per astra iubar.
Ecce aliud surgit visu mirabile signum:
Rex alter, vultus pulchrior alter adest.
Hos inter sunt orta novis discrimina causis:
Ille prior moritur, victor at iste furit:
Sed tandem occumbit (res est manifesta) Cometæ
Eventus nunquam Signa fuere boni.
Hoc Signum: auerat nōtro de vertice vulnus
Qui mare, qui terras, qui regit astra Deus.

IN

IN MALACETANAM ACADEMIAM
institutam a D.D. Leonardo Salazar.
anno Domini 1636.

E L E G I A.

ACADEMIAE SERIEM, AC
rationem exprimit, eius authores numerat,
& meritis laudibus ad Cælum
usque effert.

Auratis quondam gaudens academia seclis
Floruit, at post hac tempore lapsa breui est.
Nunc rursus floret, nunc est nouus additus orbis,
Principium repetunt tempora nostra suum.
Nunc romancistis floret Castella camenis,
Et Latio floret Lisia terra sono.
Præbet utrumque unus claro de stipite rector:
Vnus enim gemina prædictus arte valet:
Scilicet Hesperie Musas veneratur, & idem
Quas clarus Tormes, quas Amerina colit.
Hic nostræ decus est Leonardus Salazar vrbis;
Cui cedunt magni munera magna Iouis.
Hic clasem, & primi tulit alta exordia belli,
Victorique dedit premia grata suo.
Hic viuat fælix longis dignissimus annis,
Et fauacat voto quiregit altra suo.

Prae-

D V A L I C I S

Prexidet excellens dubio sub Marte Jacobus
Cardanas officio nobiliore potens:
Nempe alto quae bella mari, terrisque geruntur
Hic regit, & celebres eminet ante viros.
Iudicio tuis assistunt, Guerrero supremus,
Quique factum munus Salazar alter habet;
Et qui Nympharum Miracle est vnicus arte,
Mirandus cunctis, ingenuusque modis.
Accedit secreta alto, qui pectore seruat
Siluz, dedit clarum Lysia terza virtutem.
Silua inquam Lusus, quo non praestantior alter,
Seu plectrum, & modulos, seu ferat ille choros;
Hic finis: dicto satis est, academia constat,
Qua melior, qua non pulchrior villa fuit.
Ergo agite, ad nostras vates accedite portas:
Inuitant doctos praemia nostra viros.
Arma parate animis, & spe praesumite bellum:
Non teneat vestros iam mora pigra sonos.
Nulla sit inuidiae ratio, sua cuique potestas,
Omnia non omnes possumus, ille potest.
Quod Petrus ignorat, forsitan cognovit ofellus:
Millibus in multis nam valet iste semel.
Est habile ad varia ingenium, & iucunda voluptas:
Sæpe vna, fateor, præualet arte ruditis.
Quisquis agat, pugnetque, feto pro Marte sequuntur
Divitiae, laudes, fama, triumphus, honor.
Quos Pallas sensus, quae munera doctos Apollo:
Quisque suas artes, ingeniumque ferat:
Mularumque choros adeant, & amena vireta,
Atque suos flores, seu sua plectra, legant.

Quod

Quod superest, tanti debetur gloria facit:
 Hanc ferat insigni Salazar arte potens:
 Hanc ferat ille suam, sed nos sua præmia, voto
 Si minus excellens non erit ille nico.

A D E O S Q V I M A N V V M
suarum picturis hunc librum decorarunt.

Pingite diuinos lignoso stramine vultus;
 Higregij merces mago laboris erit.
 Pingite, cuique sua est palma, & sua cuique corona
 Summus habet donum, iustitiamque Deus.

"A D E O S Q V I N O S T R V M H V N C
libellum suis carminibus exornarunt,
vel ope iuuarunt.

D. D. F R A N C I S C O M I R A C L E
Sotomaior, qui nostra vulgari lingua suoque Soneto
autore librum laudibus extulit.

Mirandus Miracle venis, miracula dicunt,
 Scu miracla, animi seu bona mira tui.
 Res etiam plus mira venit, mirabile verbum,
 Miraque quæ miro munera corde fluunt.
 Laus tandem tua mira venit, miranda poesis:
 Sic liber iste meus, sic venit istud opus.

D. IOAN-

D V L C I S

D. IOANNI DE SANCTA CRUCE
Zurita, qui celebri epygrammate hunc librum ad
astra usque substituit.

Primum huius Fælix principiom fælix mihi nascitur ales,
epigrāma in præ- Principium libri Crux tua Sancta mei.
fatione cōtinetur. Fælix principium superos liber ibit in orbes,
Attingetque notis sidera clara suis.

Tu verò fælix viues Zurita, nec unquam
Tentabit sanctam gens maledicta Crucem:

D. IOANNI SERRANO DE
Vargas & Vrueña, insigni Typographo Salmanti-
censi, & excellenti Poetæ, qui suo
Soneto hunc librum
exornauit.

Vive diu SERRANE tuis in montibus, vnde
dulce fluit carmen, dulcia plectra sonant.
Hic hilates Musæ, & celebris gens pulchra Diana
Lætantes ducunt læta per arua choros.
Hic prælo singulis libros, & carmine tollis:
Sic alij subeunt, sic liber iste meus.
Sic ego gratus ero longinqua in secula, flores
Corde meo referam semper Amice tuos.



AD

*AD ILLVSTREM VIRVM, POETAM
que præcellentem D.D. Ludouicum Aldrete, ac
eius librum poesi conscriptum, & nuper in lucem
editum, qui & hunc sis versibus
illustravit.*

Vidi opus, atque tuum florens Aldrete libellum;
Ut reor, ingenij munera prima tui,
Ut vidi, risere meo mea lumina corde:
Exhilarat gratus pectora mæsta cibus.
Hinc legi, & reperi quidquid sapientia pulchrum;
Quid iustum carmen, quid lyra dulcis habet?
Nil musa viterius dedit, aut perfecta poesis,
Cedunt Naso potens, Virgiliusque parens.
Eloquium sublime valet, mella auræ vincit
Dulce melos, gratum vincit in arte decus.
Perge ergo, & cæptis altum superaddito finem:
 Maius opus, cæpit quæ bene, mula dabit.

*D. DOCTORI LAVRENTIO DE
Silua Illustri Lusitano, & Poetæ egre-
gio, qui laudibus hunc
librum excusat.*

In silvis habitant Nymphæ, & sonat Orpheus, illic
Exerçet gratos pulchra Diana choros:
In Silvis inquam, tamen est præstantior vna,
Quam tulit Hispanis Lysia terra plagis.

D V L C I S

Silua ingens, totoque ingens Laurentius orbis,
Nympharum sedes, Hesperiaque decus.

*Pelias bonis
eximio poeta, & præcellenti Theologo, qui suis
quintis in huius libri laudes
prorupuit.*

Tu vero
Si mihi nunc quintas Godoi concedis amice,
Non ideo quintus Godoe, primus eris.
Prima theos tua, prima sophos tua, prima poësis
Confilium, pietas, gloria, fama, decus,
Primaque progenies Gotto de sanguine, cunctas
Vnus habes, veluti fertilis hortus opes,
Non ideo a quintis quintus, sed primus, & a te,
Nunc ero primus ego, nunc liber iste meus.

AD EVNDEM SIMILE.

Vincis adhuc primos, nam quinta essentia præstat,
Quique prior fueras Godoe, quintus eris,
Sic prior, & quintus, numero sic utilis omni,
Et primum, & quintum nunc erit istud opus,

AD VICTORIANVM PRAE DIC A-
torem Fr. Ioannem de Prado, qui hunc librum
suo Soneto extulit.

In pratis ludunt Nymphæ, & grata intonat ales:
 Sunt pratis flores, lilia, poma, rosæ.
 Hæc Ioannes habet, ast donum tenet ampli^o vaum;
 Hic viuas hilaris continet hortus aquas.
 Ergo veni pratum iusto cognomine dictus,
 Ut liber in grato floreat iste loco.
 Viue, alesque tuo viuet mea regia prato,
 Possit ut hoc dulcem tangere pulchra lycam?

AD FRATREM IOANNEM BAP-
tistam de Angulo, Seraphici Patris Monachum,
qui nos simplici octaua
extulit.

Fecisti octauam nobis pater optime, fælix
 Tot gratas habeas, quot tua plectra manus?
 Sunt octo cæli, patcent totidem tibi, portæ,
 Aeternos annos ut pater alme becs.
 Sic fælix semper, varia sic arte beatiss:
 Sic ego nunc fælix, sic liber iste meus.

D V L C I S

DOCTORI PHONSECAE QUI
similiter hunc librum suis carni-
mibus illustrauit.

In iustum est Phonseca tuum celeberrime nomen:
Non etenim sicco fons iacet iste lacu.
Dulcem vndam, flumenque aluo trahit ille perenni:
Irriguis madidus semper inundat aquis.
Maius habet: sua lympha iuuat, sua munera prospicit;
Tymbræ vites, Castalijque tenet.
Scilicet infirmo medicina est utilis omni,
Et resonis addit dulcia plectra lyris.

AD ILLVSTREM VIRVM, ET
insignem pharmacopolam Franciscum Ma-
chucam, qui pariter hunc librum suis
cantilenis extulit.

O felix Machuca veni; tua munera prospicunt;
Radices, herbae, pharmaca, poma, rosæ.
Ergo veni, condam hæc gremio, cellaque reponam:
Ad librum melius nil valet esse meum.
Iste virens pratum, seu miscellanea dulcis:
Sunt apti flores, lilia, poma, rosæ.



AD

A D D. F E R D I N A N D V M D E

Baldiuia Iurisconsultum, qui nos suo ex-
tulit epygrammate.

Fecisti nos insignem, Baldiuia, Loppe:

Quid nos pro tanto munere? Baldus eris?

Maius adhuc donum superest: Accursius ingens;

Bartholus, aut grandis Iustinianus eris.

Sic ego Loppe tuus, sic tu meus ille; supremas

Pro tanto grates munere Petrus habet.

A D E V N D E M.

Diceris a magno magnus Baldiuia Baldo:

Et iure, est æquus nam tibi juris honor?

A D F I L I V M N O S T R V M D. I O A N .

nem de Santiago, qui pariter de hac dulci Miscella-

nea suum carmen interposuit.

Fecisti nobis plenam filii inclite mensam,

Quod dederat quondam das modò file, pater?

Sic nutrit paruos generosa ciconia pullos,

Pullus alit fessos (est pia causa) patres;



A D

D V L C I S

*AD D. BALTHASAR DE SALAZAR,
meritissimum Diui Iacobi Beneficiatum, qui
suo epygrammate hoc opus
exornauit.*

Viue diu multis dignus mihi Salazar annis,
Ut nostras foucas, condecoresque lyras.
Quò vadit tua lux omnes illustrat, & omnes
Lux eadem grandes, eximiosque facit.
Non aliter supero lucet Sol aureus orbe,
Et lucent radijs inferiora suis.

*AD OMNES, QVORVM OPE HIC
liber editus est: nempè quidam picturas, alijs
papyrus, numosque con-
tulerunt.*

Fælices estote viri, matresque, libello
Qui deuota meo corda, manusque datis.
Semper Sol clarus, semper cristalina phæbe,
Sint vestris semper sidera pulchra locis:
Fortunata domus sit vestra, & vestra voluntas:
Si fortuna bonos conferat usque dies.
Quas artes Pallas, quæ munera letus Appollo
Contulit, hæc manibus sint data sceptra tuis;
Quas vestes Persæ, vel quas tulit India gemmæ,
Argentumque Pyru, donaque Martis Arabs,

Candia

Candia quod vinum, quæ farra Aeria tellus;

Quos fructus Ales, quas dedit Indus opes.

Sit grata ad cænam perdix, ad prandia pullus;

Post vtrumquè adsint dulcia mella cibum.

Nulla cibi species desit, non potio quævis:

Sint prestò carnes, vnda, fatina, metum;

Sit mare tranquillum, sit piscis credulus hamo;

Det volucres aer, silua propinqua feras.

Et charta in ludo fælix, & tesera fælix,

Sitquè solum fælix, sit quoquè pontus, iter;

Cuncta quo vobis veniant fælicia nostro,

Et tandem superis regna beata polis,

*Veiro, & Avis
oppidu in Transta
gana Lusitanie re
gione.*

AD LIVIDVM.

Quid tentas nunc liuor edax, quid vè inuidus ater?

Inuidia est hominum, dæmonis & vitium:

Non piger est, non iste latro, non turpis adulter:

Iuident hæc nostro, peccatis iniqua bono.

Ergo tace liuor, nec sit cum dæmone fædus:

Non satis hæc. scletri sunt mala plura tuo,

Si nimis acrescant, alienis inuide rebus

Descreces, subiat si mea fama, cades.

Continuus labor est, crescent virtute labores:

Gloria dum crescit, crecit & inuidia.

Ergo dabo plures celer in tua tunera libross:

Sic maçer, & Dæmon; sic fera pestis eris,

D V L C I S

AD D. D. GREGORIVM DE PACE,
Canonicæ dignitatis dignissimum
moderatorem.

Pax tua sit tecū, & mecum quoq; semper habebis
Hanc, ego non nisi cum te Gregori aspicio,
Quando te video, vel cum tua munera rector
Sentio, tunc melior pax tua, paxque mea est,

AD NOBILISSIMVM VIRVM D. D.
Clementem de Bentomilla festi Parrochialis insig-
nem Patronum, ut huius libri sumpti-
bus seruiat.

Si pius, & clemens cælestibus vtere donis,
Da munus clemens, est pietatis opus:

SIMILIS DEPRECATIO GAMÆ
socio, clarissimoque urbis Mala-
cetanæ viro.

Quinquaginta olim nobis Gama inclite numos
Promisisti, operis munera grata mei.
Promisisti, sed non misisti: hæc ego mitto,
Vt mittas, nostro prouideasque libro.
Mitte ergo, & dicto facies satis, & mihi gratus,
Et summo gratus nunc eris ipse Deo.

D.D.

D.D. MARTINVM DE ALDANA

egregium Iurisconsulti professorem, ad huius
libri sumptus prouocat.

Sic diues, fælixque omnes Aldana per annos;
Et fælix auro sit lyra nostra tuo,
Grande tibi soluet donum sacra hostia, grandem
Gratus ego librum, cordaque grata dabo.
Ergo age, da grandes opera in sublimia numos:
Si das, Aldana es, si minus alter eris.
Alter eris, sed semper eris dominusque, paterque:
Urbe pater, dominus nunc eris ipse meus.
Alter eques, princeps alter, magnusque, potensque:
Magnus, at ex facto munere maior eris,

EXCELLENTI VIRO D. DOCTORI

D. Gaspari Alfonso de Relux, Thesaurariæ Dignitatis meritissimo, Cathedralis Ecclesiæ dignissimo Canonico, eiusdem maiori Operario, honoris Regij Presbitero, & Sanctæ Inquisitionis

Comissario, nunc verò recenter Proni-
sori, ut quedam aliena debita
solui iuberet.

Viue diu, viue & fælix Pronisor amice,
Ut videoas nostram, prouideasque domum. Magnificè se ges-
sit in iufu soluendi
P Est muneris.

D V L C I S

Est tua plena manus cælum, manus India diues:
Ergo dabit perlas, & dabit astra manus.
Hæc citò si dederis duplex erit utile donum:
Bis dedit ille quidem qui citò, quique dedit.
Sic partem doni referes, nam munetis auctos:
Sic princeps, diues, rector, amicus, eques:
Sic tandem pater, atque meus Prouisor, & ingens
Sic dominus, grandis sic ego seruus ero:
Sic longos viues (ego Cælum deprecor) annos,
Et felix viues, hæc quoque dona precor.

EIDEM QVI ET THESAVRARIVS
eiusdem Ecclesiæ ante officium
Prouisoris fuerat.

Thesaurum serua dum thesaurarius idem,
Et clausos numos, ætraque fulua tene:
Sed modò Prouisor nostris sucurre periclis:
Nostra papyrus abest, & liber iste gemit.
Sic Prouisor eris, sic Rex Macedonius, illas
Si minus abscondes tristis auarus opes.

A D E V N D E M Q V I E T
Relux dicitur.

Sole Relux medio, media si nocte reluces;
Da nobis lucem nocte, die que tuam.

Hanc

Hanc dabis, aurati dederis si grata metalli
 Munera, vel numos (sunt quoque dona) tuos.
 Exhilarat mæstum generosa pecunia corpus,
 Aflitosque animos, sollicitosque leuat:
 Contra pauperies timidi noua passio cordis;
 Nox obscura, atrox nubis, & umbra nigra est:
 Ergo Relux profande tuam (tua munera) lucem,
 Auxilium nostris, antidotumque malis.

AD D.D. LEONARDVM SALAZAR
 excellentis ingenij virum carmen
 ænigmaticum.

Rex Ico dat grandes animos, generosaque Maiti
 Pectora, odoratas dat tibi Nardus opes.
 Qui sapor est epulis, quæ gratia dulcior ore;
 Sal tibi, nec tam sors mala lædit opus.
 Est ratum virtutis opus, rata in dole princeps;
 Seu dominus fælix, seu decus ille meum,

C V I D A M Q V I S E
 vnicum iactabat.

Cum prima antiqui cæpere exordia mundi,
 Afusitque alto lux simul orbe prior,
 Vnus Adamus homo fuit, & terræ vnicus hæres:
 Hinc vaga progenies, innumerumque genus,
 Nunc rursus viuit, telequi periere, quid ergo?
 Qui cursum incipiat iam nouus oibis adeat,

D V L C I S

AD QVENDAM ROMANCISTAM,
qui Castellanis trouas nimis
cultas desiderabat.

Si quæris varium catelana ad carmina cultum;
Stultum quæris opus stulte, quod addis, habes:
Gongora si cultum fecit, tu Gongora non es,
Vel mala si fecit, non mala, plectra iuuant.
Præstat quæ pura est (sed compta) oratio, cultus
Corrumpt linguam, verbaque nigra facit.
Ergo tuos cultus, obscuraque desine plectra,
Sin minus insipiens, stultus, & ater eris:

AD EVNDEM IN LATINO
versu minimè culto.

Hei mihi iam priscos mutat fortuna tenores:
Exoptat cultum Musa Latina suum.
Non habet, ut puras non iam terra Hispala voces
Corruptos versus hæc habet, illa rudes
Verte modos iursum, lauro sic clarus vtraque,
Sic Loppe Hispanus, Romuleusque Maio.
Sin minus arte ruditis, vel Macharronius idem,
Vel confusus Arabs, vel niger vllus eris.

DVOBVS QVORVM ALTER DIVES,
 & auarus se inopem clamabat, alter pauper,
 & liberalis se diuitem gestiebat.

Semper opes Francisce negas, inopemque fateris:
 Semper opes, semper munera Petrus habet.
 Altior augusto Petrus semunere tollit,
 Francisci donis plenior arca suis.
 Ergo vincit inops (mea sit sententia) diues
 Sane erit augustas, qui tenet ille manus.
 Semper auarus eger, sicut quamvis munera, diues
 Hæc habet arca; ergo semper auarus inops.

C V I D A M Q V I F A E D O
 ore, & putridis dentibus perenne habebat
 ridendi desiderium.

Terge canum dentes Alfonfus, terge molares;
 Vel septum digitis comprime Basse tuis.
 Si dentes mundas, pulchro tibi gratia risu,
 Et clausum os, septum si premis, illud erit.
 Sin minus immundi spatiose gurgite dentes,
 Atque intenta feri simplicis ora patent.



Ferunt aliqui mē
 dicorum risum ex
 citari extitillatio
 ne sanguinis ad se-
 ptū transuersum
 confluētis,

C V I

D V L C I S

*CVIDAM QVI CELEBRE
conuiuium ameno rure multis obtulit, dicebatur
autem hic Parra, cui ego ambabus mani-
bus coronam gestans, sic.*

*Salmanticensis
Cathedræ profes-
sor.*

*Corona lauri va-
rijs floribus inter-
sextæ.*

Accipe florentem Parra ingeniose coronam;
Accipe, nam donis digna merenda fuit.
Fac plures facias, plures tibi Parra coronas,
Et plures flores, lilia plura dabo.
Ad minus ipse tuos tribues pro munere fructos:
Res nota est, latum dat bona parra merum.

*AD QVENDAM QVI NON
miserat promissum munus hordei: hic autem
dicitur Penna, &c.*

*Liberaliter demū
munus obtulit.*

Promisisti olim nobis pater hordea Penna,
Sed non misisti: quid fuit ergo noui?
Sive quod hęc nullum dederit penna arida fructum,
Aut forsitan minimum si dedit, alter habet.
Quidquid erit reclude manus, mitte hordea: sicque
Non Penna incultus, fertilis horitus eris.

*AD SERVVM PLVS
iusto petentem.*

Si queris donum, non est mihi, suscipe mulam;
Vel me, si mauis, accipe, manus ero.

Vltra

Vltra si pergis, sanguicrudele tyranni
Officium exerces, pauperiemque voras.
Vel si non istud, peruersa manebis hirudo:
Hepatis exunias, tubaque vasa bibes:

AD PROLIXE AMANTEM
auxilium efficax, & salutiferum.

Non cremat absentem ligni flamma arida silvam;
Vicino vivuntur ligna propinqua rogo.
Horrida non longè ferunt tormenta, nec inquam
Longinquum tangit missa sagitta caput.
Est amor ignis, habet sua tela, & castra Cupido:
Hec inquam metas obtinuere suas.
Pilesco auxilium est, vna est medicina salubris:
Est coniunctus amor, diuide, sanus eris.

AD MEDICVM NIMIS
obesum, & minime ingeniosum.

Plurimus exundat crancroso in corpore sanguis,
Porre est que alui, membraque laxa tument;
Hippocratis placitum celebre est, statuantq; priores:
Non recipit plenum corpus, inane capit,
Non igitur locus est, per quem quis rumpere possit,
Non Sophia villa potest, non medicina valete

Veluti qui nascuntur in signo Cäcri,
de quibus ego lib.
4. poes. *Philosoph.*
sic. Difformia cor-
pora reddit.

Turde animal Can-
cer, latasque ex-
tendit in aluos.
Ideo hec tici se ip-
sis plus ingeniosi,
& perspicaces qui-
bus scilicet non
obest carnis, hu-
morumque fumo-
CVIDAM sacrum.

*Talismantum
Cathara & profi-
tar.*

C V I D A M , V T S T A T V T V M
munus hordeaceum redderet: di-
cebatur verò Rios.

*Hoc tandem libe-
rari manu cōrnlit.*

Flumina si teneas, ego sum piscator, & vndas,
Et varios pisces, ceu tua dona, peto.
Si forsan campos habeas, dabis hordea rious,
Vel dabis alterius plurima farra modi:
Si neque farra solo fuerint, nec piscis in vnda,
Lugebo fatum tristis vbiique meum.
Tu verò putris vnda, palus immunda manebis,
Qua putres colubri, raniculae que natant.
Hæc si non mittas, nam si lenta hordea mittas,
Dulcis aquæ flumen, fertilis hortus eris.

C V I D A M Q V I N O S T R I
*versus excellentiam confessus est, reprobauit ta-
men clarum styillum, & facilem
expositionem.*

Si mea clara meo tibi sunt epygrammata versu,
Id fateor, medio fecimus illa die.
Tu Solem, lucemque fugis, nam ænigmata quæris;
Et nocte in media scribere Petrie soles.
Sic omnes mea clara legunt, tua carmina nulli:
Sic fugiunt tenebras, lumina Solis amant.

IN SIGNI ORATORI QVI

*nunquam poesis numeros assequi potuit,
poetas tamen irridebat.*

Irride, sunt digna quidem mea carmina risu;

Digna quoque ut fletu sunt tua verba meo;
Est tua villis adhuc, mea compta oratio, cælos

Hec petit, ast humili pars iacet illa folo.

Insipidus sermo tuus est, mea dulcis imago;

Fel-tuus ille, meus dulcia mella sapit;

Vt cælum terras, plebeios regia vincit,

Sic numeros superant carmina nostra tuos;

Ride ergo, at non irride, mea munera lœtus,

Accipe, & ingenui dulcia verba soni.

Sia minus accipies oris sputamina fædi,

Mixtaq; quæ colaphis sit fera plaga meis:

Si non hæc, populus te irridet, vel gemet idem

Stultitiam mentis, pauperiemq; tuæ.

CVIDAM AEGRO BONAE CON-

ditionis, qui difficilem morbum patiabatur, &

alteri peruerso cum facilis

agritudine.

Difficilem vidi morbum (pater unus habebat)

** Difficilem morbum, sed tamen hic facilis.*

Et rursus facilem vidi (pater alter habebat)

Hic tamen aduersus, difficilisq; fuit.

D V L C I S

Si leuis est moribus, grauis æger: si bonus iste,
Ille malus: cuæctis sunt mala iuncta bonis.
Nil facile hac vita est, nihil omni ex parte beatum:
Perfecta in solo sunt bona sola Deo:

CVIDAM IDIOTÆ, QVI ME LI-
centiatum dixit, Doctorem negavit.

Turpe idiota tuum nomen, turpe in effuge pestem:
Sume meum potius, nam fatis esse meum.
Sume Licentiatum, cui larga licentia fandi,
Præsentim sophiæ si lyra iuncta suæ.
Hæc moneo, doceoque, ergo sum Doctor amicus:
Accipe consilium turpis idota meum.

AD EVNDEM QVI SE MEDICINÆ
Principem iactabat.

Vive diu Princeps Medicorum, & regia viuat:
Sed caue ne sedæ sine tibi regis opes,
Quatuor excellunt, tua quinta est ordine sedes:
Si quintus regnum det tibi forte suum.
Si non pro sexto pugnabis, at incidit error,
Tres quoniam sextum iam petiere locum:
Ergo tibi satius regi parere supremo,
Quam nullum in regno forsitan habere locum?

*AD QUENDAM SUPERBVM, ET
proceræ staturæ hominem, qui me parvulum
contempsit, & irrisit.*

Si mihi demissæ sunt parvo in corpore vires;
Gaudeo, grande animal grandia membra gerit.
Nec prosum oculi grandes, ubi visio parua est:
Sic minor ornatus, sic decor ille minor:
Sic venter, pes, ora, aures reproba omnia, totum,
Ut grandes aures grandis asellus habet.
Cor præstat paruum: manet hoc uita facultas:
At moritur grandi languida flammæ rogo.
Sic languet magna profusa in corpore virtus,
Quæ parvo fioret, colligiturque siuus.
Adde viro vincit paruo prudentia, multis
Sunt exempla, meum perlege lector opus.
Præstat vis animi, paruo hec sit at corpore maior,
Grande animal corpus, grandia membra gerit.
Ergo incede humilis, licet altum sit tibi corpus:
Sic modicus, facilis, gratus, amicus eris:
Sic non ridebis parui bona plurima, grandem
Nec te ridebunt, suspicentque viuum.

Lib. I. Flosculi,
cap. de corde.

*DE POPVLO ET EIVS VARIETATE,
in quo scilicet tot sententiæ, quot capita
inneniri solent.*

Semper difficilis, semper fuit ardua moles,
In numeris unum posse placere vitis.

D V L C I S

Hoc sapiens ait, & docet experientia, magnum
Ostentat populus, bellua magna, caput.
Imo tot illa tenet capita, & tot colla, quot extant
Vibe homines, septem vix habet hydra tamen.
Herculeis idco superata est viribus ista:
At nullus populum vincere dux potuit;
Ergo si studio quivis obtemperet omni,
Ne dubites, omni ex parte beatus erit.

C V I D A M Q V I M O R B O
pressus me affectuose desiderabat, importuneq;
per seruū visitationem precabatur, at
Janus me fugiebat.

Primus homo fuerā, & species genitalis Adami;
Cum tibi iucundæ dona salutis erant,
Angelus in morbo fueram tua cōmoda quærens,
Auertensq; malum, sollicitansq; bonum.
Nunc dæmon video facies inimica profundi:
Me fugis id circa, ceu malus ille forem.
Quid supereft? vnda auxiliū benedicta salubre est;
Visa hac nempe citam compit ille fugam:
Limpha, aurum, benedicta, mihi tua debita solue;
Sic fugiet dæmon, sic homo giatus ero.



*AD QVENDAM CVI MALA
omnia quamvis bona apparebant, nec vñquā
aliquid exactum sine criminē
iudicauit.*

*Quæ videt icterus fædo sunt pallida vultu,
Et mala cuncta videt, qui malus esse solet.
Morbus habet culpam, patiuntur lumina moribū;
Ille tenet bilem, tu mala cordis habes.
Ille valet, purgent flavum si pharmaca succum:
Temperiè cordi consule sanus eris.*

*CVIDAM QVI FREVENTI
morbo correptus tandem mor-
tuus est.*

*Qui semel, ac iterum rapidos petit vrseus amnes.
In medijs tandem colla relinquet aquis.
Qui patitur ciebras altis in montibus hastas,
Aut repetit laqueos teq; quaterq; suos.
Incidet in foueam (res est lat nota) latentem,
Occumbetque fero vulnere fixus aper.
Est orbis mons vita hominis miserandus, & iste
Fictilis est casu, quæ perit verna leui.
In promptu venator adeat mors sedulus hostis,
Sive obscura lacus, Oceanusq; vorax.*

D V L C I S

D. D. DOMINICO DE ALTVNA,
illusterrimo Malacitanæ vrbis iuueni, qui huic
libro suum munus obtulit.

Altuna es, natusque alto de sanguine Regum;
Altaque erunt grandi munera facta manu:
Sic altæ grates alto pro munere, pro met
Scilicet egregium fistula nostra decus.
Es quoque Dominicus, domin⁹ sua munera donat;
Et seruus recipit: sum tuus, ipse meus.

C VIDAM NIMIS AVARO,
qui dicebatur, Pozo, apud quem irritæ
fuerunt pauperis cuiusdam de-
precationes.

Commisi puteo chordas, atque æra profundo,
Sed fuit in puteo chorda relicta inco:
Vasque meum pariter latitat spumantibus vndis:
Quidquid adit fundum, non redit inde, lacum.
Quod supereit, conuerte manus, est vasta Charibdis,
Quæ sorbere duas possit, ut illa, manus.
Non hæc vana, vorax, & vasta Charibdis auarus;
Vas, & chorda meæ, quas vorat ille, preces,



ALTERI

ALTERI AVARO, QVI DICEBA-
tur Benedictus, qui nobis nec adhuc debi-
tas pecunias persoluebat.

Si soluis donum Benedicte, & debita soluis;
Ut benedictus, erit sic tua dicta manus.
Dicam ego, sed dicam bene dicta, & muneris alti
Aeternas laudes, pulchraque dona canam.
Sin minus a vitio caucas: maledictus auari
Est ut venter, erit sic quoque dicta manus:
Dicam progenies, strictumque ad munera pectus:
Dicam quam sequat tristis auarus opes.

D. D. LVDOVICO DE SOTO, E T
Aldrete, qui propria manu huius libri tabu-
las curiose excussit.

Si mihi das pietas felix Aldrete tabellas;
Gratus ero, similes nunc tibi Sote dabo.
In tabulis scribam generosa encōmia, laudes
In tabulis pingam semper amice tuas.
Pingam quæ Phæbus dederit, quæ munera Pallas,
Quæ septem varijs astra tolere modis.
Cuncta feram, superos tamen altior ibit in orbēs
Quæ facit has tabulas ingeniosa manus.
Scilicet, hæc artis lēgi nitet aurea torno
Plenaque lacintis, plena decore nitet.

D V L C I S

Montanas fert illa rosas, fert lilia vallis:
Florescens generat quid nemus, illa gerit?
Ergo meis semper celebrata a versibus at nunc
Amplius has tabulas dum facit ipsa meas.

AD DOCTISSIMVM ET ERVDITIS-
simum maiorum scholasticorum Præcep-
torem Reu. Pat. Jacobum de Valentia,
e Societate IESV , qui huic libro
censuram indidit.

Si iam maior ego, si tu maioribus astas;
Vnus de multis discipulis ego sum.
Ergo Præceptor, munus tibi competit, huius
Discipuli sensum, lapsaque plestra vide.
Cuncta potes, reliquas regina Valentia classes
Exuperat cunctis pulchrior illa modis.
Hic gratus labor est, hos tracta, & colige flores:
Est gratum hoc, purga docte magister, opus;
Hoc purga, nam s̄epe vao miscentur in agro
Siluestres plantæ, flori feru mque nemus;
Et spinola cubus prato coniuncta virenti.
Nascitur, & læto proxima silua thymo.
Farræ leues tribuunt palcas, segetique propinquum
In felix lolium, & tristis auena venit.
Ergo age Præceptor, munda hanc, & corrige fruges:
Sic ea te digna, & tu quoque dignus ea.

AD EVNDEM.

Vel quoniam valeas generose Valentia nomen,
 Vel quia de multis vnuus eris validus.
 Ergo vale, validusque esto, tibi munus utrumque
 Optat Auissensis semper amicus, habe.
 His longos fælix vtinam potias in annos
 Ut nostros videas, condecoresque libros.

AD QVENDAM QVI DICEBATVR
 Vidas, qui alium extenuatum, ac gracilem
 per iocum mortem appellauit.
 Sic hic ad illum.

Mors ego sum, tu vita, feret sua præmia quisq;;:
 Mors ego te feriam, tu mihi gratus eris.
 Ergo meos vincitum ante pedes te zoile ducam
 Victor ego, manibus tu moriere meis.
 Ulterius, mea mors vitam trahit, & tua morte
 Vita: iuvat mea mors, & tua vita nocet.
 Nec mirum, tu mors ægris, ego vita, salusq;;:
 Ut tua lethalis, sic mea sana manus.



D V L C I S

CVIDAM NIMIS OBE SO,
& rubicundo qui me macrum, ac de-
bilem irritis.

Sum macer, est grandis tibi crasso abdome v̄ter,
Sic ieiunus ego, tu satur esse soles.
Ergo feram, quod grata ferunt ieiunia, donum:
Tu mala magna feres, quæ heluo magnus habet,
Peius erit (video facies, oculosque rubentes)
Ebrietas rubetas semper habebit aquas.

CVIDAM DE NIMIO A VARITÆ
affectu notatus, ac ita gracili, & paruo
ut ananus videretur.

Est formica euidem prudens, sed auara, potentis
Condere frumenti, non dare grana solet.
Nil mitum, sua parua manus, granum semel vnum
Ducere, plura tamen non dare grana potest.

A D C L E R I C V M
triduo naue decentum,

Scilicet obtempora-
stare repete sub
octam postquam na-
uim ingressus est Quid tibi cum Iona pater? aut cur naue sepultus
Malace, 20. die Per triduum, sanctus ceu fuit ille, iaces?
Januarij, anni D^o. Nil mihi cum Iona, ponti furit ira superibi;
mini 1637. Ionas ego potius, quam Thetys esse volo.

EDVARDO

EDVARD O LOPPESIO
Iurisconsulto, qui Salmanticæ in explicazione cuiusdam ænygmatis excelluit.

Vicisti excellens Lusa de stirpe Duardus;

Quod ciues alij non potuere potes.

Difficiles nodos, obseura ænygma soluis,

Quidque capit mea mens, & tua amice capit;

Ergo triumphator: vincit modò Lysia Pallas,

Vt superant Lusi Bætica tela duces.

Consultumque ideo te consultabimus omnes:

Vt potes ænygma hoc soluere, iura potes.

AD NOBILISSIMVM IVVENE M

D. D. Ioannem de Berlanga, meritissimo

Præfecto Confraternitatis SS. SACRA-

MENTI, in Parrochiali Mar-

tyrum Ecclesia.

Egregius Berlanga animi tua munera grandis

Expecto, quamuis serius illa peto.

Conditio est, res grandis habet sua tempora, in uno

Non equidem facta est inclita Roma die.

Ergo ingens erit hoc donum, tamen ipse memento,

Dat bis, datque semel qui citò, qui que dedit.

*Ob id suum munus
 huic libro obtulit
 quia festa ab ipso
 celebrata tertio
 huius libri tomo
 carminib^z nostris
 exponuntur,*

D V L C I S M

IN C E L E B R E M O D O R V M
tractatum compositum à doctissimo, atq; inge-
niosissimo Doctore Ioanne de Viana,
qui & fasciculus aramotum
appellatur.

Hunc ille mihi Si mihi Fasciculum facis ingeniosè Viana,
misit recenter ab Quid tibi pro tanto munere amice dabo?
solutum. Fasciculo apponam faculas, ut viribus ignis
Exhalet suaui mixtus odore vapor.

Vox mea fax, cæli faciet super astra supremum
Fasciculum, laudes hic meret, illa dabit.
Illa canet grandes post ardua bella triumphos,
Doctaq; sublimis dogmata fasciculi.
Sic ego fasciculo faciam satis, & tua semper
Muneribus soluam munera amice meis.

A D V A R I O S

euentus huius epygram-
matis.

Idem, vnuſq; artus fouet, & cremat ignis, in uno;
coniuncti effectus sunt simul igne duo:
Hunc ideo fugit alter, amans petit alter amicus:
Ille fugit furias, hic petit ignis opes,

Adde

Adde tamen, quamvis duplex sit in igne facultas:
Semper grata venit fax mea, semper olet.

A D E V N D E M D O C T O-

rem admonitio ne ulterius in odo-

rum tractatione pro-

grediatur.

Plurimus usus obest, & fastidita voluptas;
Continuos horret, reppudiatq; cibos.
Languentes torquet repetita oratio sensus;
Et bona sint quamvis plurima verba nocent.

Optima præcipui tribuunt obsonia pisces,
At triduo tridous pisces, ut hospes, obest.

Cernis, Vlysee aspectus gratissimus virbis,
Verum post sextam non placet illa diem.

Marentes animos recreat venatio, mæstos
Piscatoris opus, lymphaq; mota iuuat.

Hæc tamen in multis fuerint si facta diebus,
Pro lætante dabunt tædia multa ioco.

Sic, & odoratum generat fastidia, matres
Non tantum, nimius nos quoq; lædit odor.

Et vos lædit odor, ciuiles aspice rixas,

Volsq; duos actos in fera bella duces.

Aspice consumptos vlo sine munere numos;

Præmia sunt sumptus, bella, odium, ira, labor.

Fæctet odor nimius, fætent & aromata, iam sunt

Tractatus quatuor, fasciculiq; duo.

Cum enim non ab
ipso tantum odo-
rū tractatio exac-
te fuerit prosequi-
ta, sed adocissi-
mo Ocaña roties
ad vnguem expoli-
ta superflua vide-
bitur ulterior dis-
putatio.

TULCIS MISCELLANEA.

Mitum est artis opus, redolent tractatus uterque:
Fasciculi redolent, sed magis igne, duo.
Sint satis haec, ultra si nunc contendis amice,
Iam liber hic factor, non odor ullus erit.
Ergo malum finito, & cuncti fugiamus odores;
Nos, vos, & matres hædit odoris opus.

Sed quoniam haec, si non vana prorsus, profana
sunt, diuinum aliquid anne stendum est.

FINIS PRIMI TOMI.

Cum licentia, Malacæ, Ty-
pographus Joannes Serrano
de Vargas, & Vrueña,

Anno 1637.